A propos de ce livre

Ceci est une copie numérique d'un ouvrage conservé depuis des générations dans les rayonnages d'une bibliothèque avant d'être numérisé avec précaution par Google dans le cadre d'un projet visant à permettre aux internautes de découvrir l'ensemble du patrimoine littéraire mondial en ligne.

Ce livre étant relativement ancien, il n'est plus protégé par la loi sur les droits d'auteur et appartient à présent au domaine public. L'expression "appartenir au domaine public" signifie que le livre en question n'a jamais été soumis aux droits d'auteur ou que ses droits légaux sont arrivés à expiration. Les conditions requises pour qu'un livre tombe dans le domaine public peuvent varier d'un pays à l'autre. Les livres libres de droit sont autant de liens avec le passé. Ils sont les témoins de la richesse de notre histoire, de notre patrimoine culturel et de la connaissance humaine et sont trop souvent difficilement accessibles au public.

Les notes de bas de page et autres annotations en marge du texte présentes dans le volume original sont reprises dans ce fichier, comme un souvenir du long chemin parcouru par l'ouvrage depuis la maison d'édition en passant par la bibliothèque pour finalement se retrouver entre vos mains.

Consignes d'utilisation

Google est fier de travailler en partenariat avec des bibliothèques à la numérisation des ouvrages appartenant au domaine public et de les rendre ainsi accessibles à tous. Ces livres sont en effet la propriété de tous et de toutes et nous sommes tout simplement les gardiens de ce patrimoine. Il s'agit toutefois d'un projet coûteux. Par conséquent et en vue de poursuivre la diffusion de ces ressources inépuisables, nous avons pris les dispositions nécessaires afin de prévenir les éventuels abus auxquels pourraient se livrer des sites marchands tiers, notamment en instaurant des contraintes techniques relatives aux requêtes automatisées.

Nous vous demandons également de:

+ *Ne pas utiliser les fichiers à des fins commerciales* Nous avons conçu le programme Google Recherche de Livres à l'usage des particuliers. Nous vous demandons donc d'utiliser uniquement ces fichiers à des fins personnelles. Ils ne sauraient en effet être employés dans un quelconque but commercial.

+ *Ne pas procéder à des requêtes automatisées* N'envoyez aucune requête automatisée quelle qu'elle soit au système Google. Si vous effectuez des recherches concernant les logiciels de traduction, la reconnaissance optique de caractères ou tout autre domaine nécessitant de disposer d'importantes quantités de texte, n'hésitez pas à nous contacter. Nous encourageons pour la réalisation de ce type de travaux l'utilisation des ouvrages et documents appartenant au domaine public et serions heureux de vous être utile.

+ *Ne pas supprimer l'attribution* Le filigrane Google contenu dans chaque fichier est indispensable pour informer les internautes de notre projet et leur permettre d'accéder à davantage de documents par l'intermédiaire du Programme Google Recherche de Livres. Ne le supprimez en aucun cas.

+ *Rester dans la légalité* Quelle que soit l'utilisation que vous comptez faire des fichiers, n'oubliez pas qu'il est de votre responsabilité de veiller à respecter la loi. Si un ouvrage appartient au domaine public américain, n'en déduisez pas pour autant qu'il en va de même dans les autres pays. La durée légale des droits d'auteur d'un livre varie d'un pays à l'autre. Nous ne sommes donc pas en mesure de répertorier les ouvrages dont l'utilisation est autorisée et ceux dont elle ne l'est pas. Ne croyez pas que le simple fait d'afficher un livre sur Google Recherche de Livres signifie que celui-ci peut être utilisé de quelque façon que ce soit dans le monde entier. La condamnation à laquelle vous vous exposeriez en cas de violation des droits d'auteur peut être sévère.

À propos du service Google Recherche de Livres

En favorisant la recherche et l'accès à un nombre croissant de livres disponibles dans de nombreuses langues, dont le français, Google souhaite contribuer à promouvoir la diversité culturelle grâce à Google Recherche de Livres. En effet, le Programme Google Recherche de Livres permet aux internautes de découvrir le patrimoine littéraire mondial, tout en aidant les auteurs et les éditeurs à élargir leur public. Vous pouvez effectuer des recherches en ligne dans le texte intégral de cet ouvrage à l'adresse `http://books.google.com`

Digitized by Google

BIBLIOTHECA S. J.
Maison Saint-Augustin
ENGHIEN

E 101/7

Catalogo inscriptus &.

Digitized by



Digitized by Google

Guillelmus de Lestoey Sorbonicus
anno Domini 1679. ex dono.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

3e édition du N.T. par ERASME

1re édition — 1516
2e — 1519
3e — 1522
4e — 1527
5e — 1535 (dernière édition)

Digitized by Google



NOVVM TESTA-

MENTVM OMNE, TERTIO IAM AC DI-ligentius ab ERASMO ROTERODAMO recogni-tum, non ſolum ad Græcam ueritatem, uerumetiam ad multorum utriusq; linguæ codicum, eorumq; ue-terum ſimul & emendatorũ fidem, poſtremo ad pro-batiſſimorum autorum citationem, emẽdationem & interpretationem, unà cum Annotationibus recogni-tis, ac magna acceſſione locupletatis, quæ lectorem do ceant, quid qua ratione mutatum ſit. Quiſquis igitur amas ueram Theologiam, lege, cogno ſce, ac deinde iudica. Neq; ſtatim offen-dere, ſi quid mutatum offenderis, ſed expẽde, num in melius mutatum ſit. Nam morbus eſt, non iu dicium, damnare quod non inſpex-eris.

SALVO VBIQVE ET ILLABEFA CTO ECCLESIAE IVDICIO.

Addita ſunt in ſingulas Apoſtolorum epi-ſtolas, Argumenta per eundem.

Basileæ, Froben. - 1522.

DOMUS ACHPOLANA SOCIETATIS JESU
COLLEGII MAGIENSE SOC
IHS

Digitized by Google

DILECTO FILIO ERASMO ROTEROD. SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORI.

A S

LEO, P P X.

DILECTE fili Salutem, & apoſtolicam beñ. Valde nos delectarunt lucubrationes tuæ in teſtamentũ nouũ iam pridem æditæ, non tam quia noſtro nomini dicatæ fuerant, cꝫ quod non uulgari, ſed noua & inſigni quadã eruditione præſtabant, omniũcꝫ doctorũ calculo plurimũ laudabant. Quas nuper à te recognitas, & pluribus additis annotationibus locupletatas, illuſtratásq; fuiſſe certiores facti, nõ mediocriter gauiſi fuimus, ex prima illa æditione, quæ abſolutiſſima uidebatur, coniecturã facientes, qualis hæc futura, quãtùmue boni, ſacræ Theologiæ ſtudioſis, ac orthodoxæ fidei noſtræ ſit allatura. Macte igit̃ iſtius animi tui eſto, ac publicæ utilitati ſtudẽs, operi tam ſancto, ut in lucẽ exeat, ſedulo inuigila, dignã quidẽ tot laborũ mercedẽ ab ipſo deo relaturus: à nobis uero meritã cõmendationẽ, & cũctis Chriſtifidelibus perpetuã laudẽ cõſecuturus. Datũ Romæ apud ſanctũ Petrũ, Sub annulo piſcatoris. Die X. Septẽ. M. D. XVIII. Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Euangeliſta.

Digitized by Google

LEONI DECIMO

PONTIFICI MODIS OMNIBVS SVMMO,
Eraſmus Roterodamus Theologorum
infimus, S. D.

NTER tot egregia decora, Leo decime, pontifex maxime, quibus undiq; clarus & ſuſpiciendus, ad pontificiæ dignitatis culmẽ adiſti, hinc infinitis Mediceæ domus ornamentis, non minus eruditorũ hominum monumentis, quàm maiorũ tuorum imaginibus & honoribus inclytæ, hinc innumeris corporis animiq; dotibus, quas partim diuini numinis indulſit benignitas, partim eadem aſpirante, tua parauit induſtria, nõ alia res te uerius, aut magnificentius illuſtrauit, q̃ quod ad iſtũ honorem, quo maior inter homines, homini non poteſt contingere, parem morum attuleris innocentiã, neq; uero uitam modo ab omni dedecore longe, latéq; ſemotam, uerũetiam famam, nulla unq̃ ſiniſtri rumoris labe aſperſam. Id quod cum ubiq; difficillimum eſt, tum præcipue Rhomæ, cuius urbis tanta eſt libertas, ne dicam petulãtia, ut illic à conuiciis parum tuta ſit & integritas, ac ne ij quidem abſint à crimine, qui plurimum abſunt à uitijs. Quibus rebus factum eſt, ut Leoni non paulo plus ueræ laudis pepererit, quod ſummũ pontificium promeruiſſet, q̃ quod accepiſſet. Iam in ipſa pulcherrimi ſimul & ſanctiſſimi muneris functione, cum tot prædaris factis, tot eximijs uirtutibus ſuſceptum honorem uiciſſim cohoneſtes, nihil tamen eſt, quod te ſuperis pariter & mortalibus commẽdet efficacius: quã quod ſummo ſtudio, pariq; ſapientia illud potiſſimũ agis ac moliris, ut indies in melius prouehat Chriſtiana pietas, hactenus temporum maximéq; bellorũ uitio, nõnihil labefacta collapſaq;, ut eſt cæterarũ item omnium rerum humanarum natura, ni manibus pedibúsq; obnitamur, paulatim in deterius relabi, uelutiq; degenerare. At res egregias aliquoties ut difficilius, ita & pulchrius eſt reſtituiſſe, q̃ condidiſſe. Proinde quãdo tu nobis uelut alterum præſtas Eſdram, & ſedatis, quod in te fuit, bellorum procellis, ſarciendæ religionis prouinciam, ſtrénue capeſſis, par eſt nimirum, ut omnes ubiq; gentium ac terrarũ Chriſtiani, rem omnium pulcherrimam ac ſaluberrimam conantem,



Digitized by Google

pro sua quisq; facultate adiuuent. Iam uideo passim excellentes ingenio uiros, ceu magnos & opulẽtos reges, Solomoni nostro in templi structuram mittere marmora, ebur, aurum, gemmas. Nos tenues reguli seu potius homunculi, qualescunq; materias, aut certe caprarũ pelles, ne nihil conferremus, mittere studemus, uile quidem munusculum, quod ad nostram attinet operam, sed unde (nisi me fallit animus) Christi tẽplo, si nõ multum splendoris, certe nõ parum utilitatis sit accessurum, præsertim si eius calculo cõprobetur, de cuius unius nutu ac renutu sũma rerũ humanarũ pẽdet uniuersa. Etenim cũ illud haberem perspectissimũ, præcipuã spem, planéq; sacram, ut aiunt, ancoram, restituẽdæ sarciendæq; Christianæ religionis in hoc esse sitam, si quotquot ubiq; terrarum Christianam philosophiam profitentur, in primis autoris sui decreta, ex Euãgelicis Apostolicisq; literis imbibant, in quibus sermo ille cœlestis, quõdam è corde patris ad nos profectus, adhuc nobis uiuit, adhũc spirat, adhuc agit & loquitur, sic ut mea quidem sententia nusq; aliâs efficacius aut præsentius: adhæc, cum uiderem salutarẽ illam doctrinam longe purius ac uiuidius ex ipsis peti uenis, ex ipsis hauriri fontib⁹, quàm ex lacunis, aut riuulis nouũ ut uocant testamẽtũ, uniuersum ad Græcæ originis fidẽ recognouimus, idq; non temere, neq; leui opera, sed adhibitis in consilium compluribus utriusq; linguæ codicibus, nec ijs sanè quibuslibet, sed uetustissimis simul & emendatissimis. Et quoniam nouimus in rebus sacris, religiose quoq; uersandum esse, nec hac contenti diligentia, per omnia uterum Theologorũ scripta circumuolantes, ex horũ citationibus aut expositiõibus subodorati sumus, quid quisq; legisset, aut mutasset. Adiecimus annotationes nostras, quæ primũ lectorem doceant, quid qua ratione fuerit immutatum, deinde si quid alioqui perplexum, ambiguum, aut obscurũ, id explicent, atq; enodent. Postremo quæ obsistant, quo minus prodiue sit in posterũ deprauare, quod nos uix credendis uigilijs restituissemus. Quãquam ut ingenue dicam, quicquid hoc est operis uideri poterat humilius quàm ut ei dicandum esset, quo nihil maius habet hic orbis, nisi conueniret, ut quicquid ad religionem instaurandam pertinet, haud alij consecretur, quàm summo religionis principi, & eidẽ assertori. Neque metus est, ne munus hoc nostrũ qualecunq; sis aspernaturus, qui non loco tantum referas illum, qui donaria non precijs, sed animis solitus sit æstimare, qui duo minutula pauperculæ uiduæ, splendidis & opimis diuitũ donarijs prætulerit. Iam an non cottidie uidemus inter auro gemmisq; radiantia regum donaria pratensibus floseulis, aut hortensibus herbulis concinnatas corollas suspendi diuis, quas, re tenuis, pietate diues offert plæbecula? Alioqui quicquid illud est, seu magnũ, seu pusillum, seu ludicrum, seu seriũ, quod huius ingenioli fundus produxerit, id omne, ut nullus dedicem, suopte iure sibi potest uindicare, summus ille apud suos, uirtutum

Decreta Christi.

Annotationũ utilitas.

Digitized by Google

tum ac literarum omnium Mecœnas & antiſtes Gulielmus Vuaramus Archi epiſcopus Cantuarienſis,totius Angliæ, nõ tituli tãtum honore primas,ac tuæ ſanctitatis legatus,ut uocãt,natus,cui meipſum quoq; quãtus quãtus ſum debeo,nõ modo uniuerſũ ſtudij mei prouentũ.Siquidẽ is (ut ne dicã interim,cuiuſmodi tum publice,tũ priuatim in me fuerit)id præſtat ſuæ Britanniæ,quod Leo præſtat orbi terrarũ, quodq; Medicea domus iam olim eſt Italiæ, uel hoc nomine terrarum omnium felicíſſimæ,hoc is ſuis eſt Anglis, ceu ſalutare quoddam ſydus,ab ipſis fatis in hoc datus,ut eo præſide,quicquid eſt bonarũ rerum repullulet ac ſuboleſcat.Nam perinde,quaſi uno in homine plures ſint heroës, & unicum pectus,nõ ſimplex inhabitet numen:ita miris modis Archiepiſcopũ gerit eccleſiæ,legatum ſedi Rhomanæ,conſiliarium regiæ,cancellarium iuſticiæ Mecœnatem ſtudijs,cuius opera potiſſimũ factũ eſt, ut inſula iam olim uiris, armis,opibúsq; pollens,nũc optimis item legibus,religione,moribus,ad extremum ingenijs omni litterarũ genere perpolitis,adeo floreat, ut cum quauis cæterarũ regionũ poſſit ex æquo contendere. Verũ quo latius huius laboris noſtri manaret utilitas, uiſum eſt, tui nominis apud omnes ſacroſancti, ceu lenocinio quodam ad publicam orbis abuti cõmoditatem,præſertim cum huc uocet ipſa quoq; rei ratio,quod pulchre congruebat,ut illius auſpicijs hæc Chriſtiana philoſophia diriuaretur ad omneis mortales, qui Chriſtianæ religionis teneret arcem,ac per eum proficiſceretur doctrina cœleſtis ad uniuerſos homines,per quẽ Chriſtus nos uoluit accipere,quicquid homines è terris euehit in cœlum. Quam quam adeo,quid tandem uetat, quo minus hic liber gemina commendatione fultus, hoc etiã felicius & auſpicatius exeat in manus hominũ, ſi duobus totius orbis ſummatibus uiris communiter fuerit conſecratus? Quãdoquidẽ aris tem pliſq; uidemus hoc plus accedere maieſtatis ac uenerationis, quod pluribus ſimul diuis ſint dedicata. Iam hoc quantũlibet nouum uideatur, modo publicæ conducat utilitati.Et ea eſt Leonis modeſtia facilitásq;, ut hac parte non minus ſit maximus,quã ea qua maximos omnes longo ſuperat interuallo.Et ea eſt Archiepiſcopi in omni decorũ genere præſtantia,ut Leonẽ omnibus numeris ſummum,nõ alius magis deceat collega. Poſtremo ſi fas eſt apud tantũ principem nonnihil Thraſonis è comœdia referre,quãtumuis in ſpeciem humilis uideatur hic meus labor, tamen confido futurum, ut attentus lector aliquanto plus deprehendat in receſſu,quã prima ſtatim fronte præ ſe ferat opus. Sed ne celſitudinem tuam iugi ſolicitudine, terrarum orbi conſulentẽ,longiore ſermone remorans, in publica peccem commoda, quod reliquum eſt,cum plebeio lectore tranſigam,ſed prius illud appreeatus,ut cuius prouidentia Leo decimus contigit ſubleuandis rebus mortalium,idem eum nobis & quàm maxime longæuum eſſe uelit,& feliciſſimum, Baſileæ

Anno reſtitutæ ſalutis, M. D. XVI.

Calendis Februarijs.

Archiepiſcopus Cantuarienſis.

Digitized by Google

ERASMI ROTERO
DAMI PARACLESIS AD LECTO-REM PIVM.

Lactantius.

LACTANTIVS ille Firmianus, optime lector, cuius linguã unice miratur Hieronymus, Christianæ religioni patrocinaturus aduersus ethnicos, cũ primis optat sibi dari eloquentiam, Tullianæ proximã, improbum ratus, opinor, optasse parem. At ego sanè, si quid huiusmodi uotis proficit, tantisper dũ mortales omneis ad sanctissimũ ac saluberrimũ Christianæ philosophiæ studiũ adhortor, ac ueluti classicũ canens euoco, uehemẽter optarim eloquentiã mihi dari longe aliã cẽp fuerit Ciceroni: si minus picturatã quàm fuit illius, certe multo magis efficacem. Imò si cui unq̃ talis contigit dicendi uis, qualẽ non omnino sine causa, ueterum poëtarũ fabulæ subnotarũt in Mercurio qui ceu magica uirga, diuinaq̃ cithara somnũ immittit cũ libet, & idem adimit, quos uult ad inferos impellens, ac rursus ab inferis euocans, Aut qualẽ signarũt in Amphione Orpheoq̃, quorum alter rigida mouisse saxa, alter quercus & ornos traxisse cithara, fingitur. Aut qualẽ Ogmio suo tribuebant Galli, mortaleis omneis catenulis, à lingua in aures infixis, quò uellet circũducenti, Aut qualẽ Marsyæ fabulosa tribuit antiquitas, Aut certe, ne nimiũ diu fabulis immoremur, qualẽ Socrati tribuit Alcibiades, Pericli uetus comœdia, quæ nõ aures tantum mox peritura uoluptate deliniat, sed quæ tenaces aculeos relinquat in animis auditorũ, quæ rapiat, quæ transformet, quæ multo aliũ dimittat auditorem cẽp acceperit, Timotheus musicus ille nobilis Dorios occinens modos, Alexandrũ Magnũ ad belli studiũ inflammare solitus legitur. Neq̃ defuerunt olim, qui precaminibus quas Græci uocant ἐπῳδὰς, nihil ducerẽt efficacius. At si quod usq̃ esset huiusmodi genus incãtamenti, si qua uis harmoniæ quæ uerũ habeat ἐνθουσιασμὸν, si qua Pithò uere flexanima, eam mihi cupiã in præsentia suppetere, quo rem omniũ saluberrimã omnibus psuadeã. Quanq̃ illud potius optandũ, ut Christus ipse cuius negociũ agitur, ita citharæ nostræ chordas tẽperet, ut hæc cantilena penitus afficiat ac moueat animos omniũ. Ad quod quidẽ efficiẽdum, nihil opus rhetorum epicherematis aut epiphonematis. Hoc quod optamus, nõ aliæ res certius præstet quàm ipsa ueritas, cuius quo simplicior, hoc efficacior est oratio. Ac primũ quidẽ nõ libet in præsentia refricare querelã illã, nõ omnino nouã sed heu nimiũ iustã, & haud scio an unq̃ iustiorẽ cẽp hisce tẽporibus, cũ tam ardentibus animis in sua quisq̃ studia, mortales incũbãt, hãc unã Christi philosophiam à nõnullis etiã Christianis rideri, à pleriscq̃ negligi, à paucis tractari, sed

Optat eloquẽtiã efficacẽ.

Mercurius.

Hercules Celticus.

Marsyas.

Socrates.

Alcibiades.

Pericles.

Timotheus.

Veritatis oratio quo simplicior hoc efficatior.

Philosophia Christi neglecta

Digitized by Google

frigidè: non enim dicam insyncere. At in cæteris disciplinis omnibus, quas humana prodidit industria, nihil est tam abditum ac retrusum quod non peruestigarit humani ingenij sagacitas: nihil tam difficile, quod non expugnarit labor improbus. Qui fit autem, ut hanc unam philosophiã, non his quibus par est, animis amplectamur, quotquot ipso etiam cognomine Christi nomen profitemur? Platonici, Pythagorici, Academici, Stoici, Cynici, Peripatetici, Epicuræi, suæ quisq; sectæ dogmata, tum penitus habent cognita, tum memoriter tenent, pro his digladiantur illi, uel emorituri citius, quam autoris sui patrocinitũ deserant. At cur non multo magis tales animos præstamus autori nostro principiq; Christo? Quis non uehementer fœdum censeat, Aristotelicam profiteri philosophiam nescire quid uir ille senserit de causis fulminum, de prima materia, de infinito? quæ nec cognita felicẽ, nec ignorata reddunt infelicem. Et nos tot modis initiati, tot sacramentis adacti Christo, non fœdum ac turpe putamus illius nescire dogmata, quæ certissimam omnibus præstent felicitatem? Nam quorsum attinet hic contentione rem exaggerare, cum hoc ipsum impiæ cuiusdam dementiæ sit, Christũ cum Zenone aut Aristotele, & huius doctrinam cum illorum, ut modestissime dicam, præceptiunculis conferre uelle? Affingant illi suæ sectæ principibus, quantum possunt, aut quantum libet. Certe solus hic è cœlo profectus est doctor, solus certa docere potuit, cum sit æterna sapientia: solus salutaria docuit unicus humanæ salutis autor, solus absolute præstitit, quicquid unquam docuit, solus exhibere potest, quicquid promisit. Si quid à Chaldæis aut Aegyptijs adfertur, id ob hoc ipsum acrius auemus cognoscere, quod è peregrino sit orbe importatũ, & precij pars est è longinquo uenisse, ac sæpenumero in somnijs homunculi, ne dicam impostoris, tam anxie distorquemur, non solũ nullo fructu, sed magno temporis dispendio, ne quid addam grauius. tam & si iam hoc ipsum ut nihil accedat, grauissimũ est. At qui fit ut huiusmodi cupiditas nõ item Christianos titillet animos, quibus persuasum est, id quod res est, hanc doctrinã non ex Aegypto Syriáue, sed ex ipso uenisse cœlo? Cur nõ ita nobiscũ cogitamus omnes? nouũ & admirabile philosophiæ genus sit, oportet, quod ut traderet mortalibus: is qui deus erat, factus est homo: qui immortalis, factus est mortalis: qui in corde patris erat, sese demisit interras. Magnũ quiddã & haud quaquàm triuiale sit, oportet: quicquid illud est quod ille tam admirandus autor, post tot excellentium philosophorum familias, post tot insignes prophetas, docturus aduenerit. Cur non hic pia curiositate singula cognoscimus, disquirimus, excutimus? Præsertim cum hoc sapientiæ genus, tam eximiũ, ut semel stultã reddiderit uniuersam huius mundi sapientiam ex paucis hisce libris, uelut è limpidissimis fontibus, haurire liceat lõge minore negocio, quã ex tot uoluminibus spinosis, ex tam immẽsis, ijsque inter se pugnãtibus interpretum cõmentarijs. Aristotelicã doctrinã, ut ne addã, quãto maiore cũ fructu. Nihil enim hic necesse est, ut tot anxijs disciplinis instructus accedas. Simplex & cuiuis paratũ est uiaticum. Tãtum fac adferas pium ac promptum

Philosophorũ gentiliũ peritia.

Christianorũ socordia.

Christus.

Peregrina placent.

In somnijs homunculorũ distorquemur

E cœlo uenit.

Præstantia philosophiæ Christianæ.

Digitized by Google

Quibus instruc tum oporteat esse, qui Christianam philosophiam discere cupiat.

animũ,& in primis ſimplici puraq; præditum fide: Tantũ eſto docilis, & multum in hac philoſophia promouiſti. Ipſa ſuppeditat doctorẽ ſpiritũ, qui nulli ſeſe lubentius impartit, quàm ſimplicibus animis. Illorũ diſciplinæ, præterq; quod falſam ꝓmittunt felicitatẽ, multorũ ingenia ſubmouẽt, ipſa uidelicet præceptorũ difficultate. Hæc omnibus ex æquo ſeſe accõmodat, ſubmittit ſe paruulis, ad illorũ modulũ ſeſe attemperat, lacte illos alens, ferens, cõfouens, ſuſtinẽs, omnia faciens, donec grãdeſcamus in Chriſto. At rurſum ita non deeſt infimis, ut ſummis etiam ſit admirabilis. Imò quo lõgius in huius opes progreſſus fueris, hoc longius illius maieſtate ſubmoueris. Paruis puſilla eſt, magnis pluſq; maxima. Nullam hæc ætatẽ, nullũ ſexum, nullam fortunã, nullã reiicit conditionẽ. Sol hic nõ perinde cõmunis, & expoſitus eſt omnibus, atque Chriſti doctrina. Non arcet omnino quenq;, niſi quis ſemet arceat, ipſe ſibi inuidens. Vehementer enim ab iſtis diſſentio, qui nolint ab idiotis legi diuinas literas, in uulgi linguã tranſfuſas, ſiue quaſi Chriſtus tam inuoluta docuerit, ut uix à pauculis theologis poſſint intelligi, ſiue quaſi religionis Chriſtianæ præſidium in hoc ſitum ſit, ſi neſciatur. Regũ myſteria cœlare fortaſſe ſatius eſt, at Chriſtus ſua myſteria q; maxime cupit euulgari. Optarim ut omnes mulierculæ legant euangelium, legant Paulinas epiſtolas. Atq; utinã hæc in omnes omniũ linguas eſſent tranſfuſa, ut nõ ſolũ à Scothis & Hybernis, ſed à Turcis quoq; & Saracenis legi cognoſciq; poſſint. Primus certe gradus eſt, utcũq; cognoſcere. Eſto riderẽt multi, at caperentur aliquot. Vtinã hinc ad ſtiuã aliquid decantet agricola, hinc nõ nihil ad radios ſuos modulet textor, huiuſmodi fabulis itineris tædiũ leuet uiator. Ex his ſint omnia Chriſtianorũ omniũ colloquia. Tales enim fermè ſumus, quales ſunt cotidianæ noſtræ cõfabulationes. Aſſequat quiſq; quod poteſt, exprimat quiſq; quod poteſt. Qui poſterior eſt, nõ inuideat præcedenti: qui prior eſt, inuitet ſequentẽ, nõ deſperet. Cur profeſſionẽ omniũ cõmunẽ ad paucos cõtrahimus? Neq; enim cõſentaneũ eſt, cũ baptiſmus ex æquo cõmunis ſit Chriſtianorum omniũ, in quo prima Chriſtianæ philoſophiæ profeſſio eſt, cũ ſacramenta cætera, denique cũ præmiũ illud immortalitatis ad omnes ex æquo pertineat, ſola dogmata, in pauculos iſtos eſſe releganda, quos hodie uulgus theologos aut monachos uocat: quos ipſos tamẽ, tametſi minima quæpiam portio ſunt ad populum Chriſtiani nominis: tamẽ hos inquã ipſos optarim maiorẽ in modum eſſe quod audiunt. Vereor enim ne inter theologos reperire liceat, qui multũ abſint à ſuo titulo, hoc eſt, qui terrena loquãtur nõ diuina, & inter monachos, qui Chriſti paupertatẽ, & mundi cõtemptũ profitentur, pluſq; mundũ re perias. Is mihi uere Theologus eſt, qui nõ ſyllogiſmis, arte cõtortis, ſed affectu, ſed ipſo uultu atq; oculis, ſed ipſa uita doceat aſpernandas opes, Chriſtiano nõ eſſe fidendum huius mundi præſidijs, ſed totum oportere pendere de cælo, non eſſe retaliandã iniuriã, bene precandũ male precantibus, bene merendũ de male merentibus: bonos omnes uelut eiuſdem corporis membra diligendos ac fouendos ex æquo, malos tolerãdos, ſi corrigi nequeant: qui ſuis exuunt bonis,

Facilitas.

Ab idiotis etiam legi debent diuinæ literæ.

Cognitio.

Theologi. Monachi.

Vere Theologus.

qui

qui depellunt̃ possessionibus,qui lugẽt hos beatos esse,nõ deplorandos, mortẽ optandam etiã pijs: ut quæ nihil sit aliud q̃ traiectus ad immortalitatẽ: hæc in quã & huiusmodi,siquis afflatus spiritu Christi prædicet,inculcet,ad hæc horte tur,inuitet,animet,is demũ uere Theologus est,etiamsi fossor fuerit aut textor. Hæc si quis & ipsis præstet moribus,is denicq̃ magnus est doctor. Qua ratione intelligant angeli,fortasse subtilius differat alius uel nõ Christianus, at illud p/ suadere,ut hic puri ab omnibus inquinamẽtis uitã exigamus angelicã,id demũ Christiani Theologi munus est. Quodsi quis obstrepet,hæc esse crassula & idi/ otica,nihil aliud huic respondeꝛim,nisi quod,hæc crassa Christus præcipue do/ cuit,hæc inculcant apostoli,hæc quantũuis idiotica, tot germane Christianos, tot insigniũ martyrũ examina nobis prodiderunt. Hæc inquã illiterata, ut ipsis uidetur,philosophia,summos orbis principes,tot regna,tot gentes,in suas per/ traxit leges,id quod nulla Tyrãnorũ uis, nulla philosophorũ poterat eruditio. Neq̃ uero repugno,quo minus sapientiã istam,si uidetur, loquantur inter per/ fectos. At hoc certe nomine consolet̃ sese humile Christianorũ uulgus,quod istas subtilitates,an sciuerint apostoli,uiderint alij,certe non docuerunt. Hæc in quã plebeia,si præstarent pro sua sorte principes,si in concionibus inculcarẽt sa/ cerdotes,si pueris instillarẽt ludimagistri potius q̃ erudita illa ex Aristotelis & Auerrois deprompta fontibus,nõ sic perpetuis penè bellis tumultuaret̃ undiq̃ res Christiana,nõ tam in sano studio,per phas nephasq̃ cõgerendi diuitias fer uerent omnia,nõ tot litibus ubiq̃ perstreperẽt sacra pariter ac prophana. Deni q̃ non titulo tantũ & ceremonijs differremus ab ijs qui Christi philosophiã nõ profitent̃. Siquidẽ in his tribus hominũ ordinibus præcipue situ est Christia/ næ religionis uel instaurãdæ, uel augendæ negociũ, in principibus, & qui horũ gerũt uices magistratibus:in episcopis,& horũ uicarijs, sacerdotib9: & in ijs qui primã illam ætatẽ ad omnia sequacẽ instituũt. Quod si omisso suo negocio con tingat ex animo cõspirare in Christũ,nimirũ uideremus haud ita multis annis, uerum quoddã, ut & Paulus inquit γνήσιον Christianorũ genus passim emer/ gere,quod Christi philosophiã,nõ ceremonijs tantum, & propositionibus,sed ipso pectore,totáq̃ uita referret:His armis longe citius pellicerentur ad Christi fidem,Christiani nominis hostes,q̃ minis,aut armis. Vt omnia iũgamus præ/ sidia,nihil ipsa ueritate potentius. Platonicus non est qui Platonis libros non le gerit,& Theologus est,non modo Christianus qui Christi literas non legerit? Qui diligit,inquit,me,sermones meos seruat,hanc ipse notam præscripsit. Pro inde si uere ex animo sumus Christiani, si uere credimus illũ è cœlo missum,ut ea nos doceret, quæ philosophorũ sapientia nõ poterat,si uere expectamus ab eo,quod nulli principes ,quantũuis opulẽti donare queunt,cur est nobis quicq̃ huius literis antiquius? Cur omnino quicq̃ uidetur eruditũ,quod ab huius de/ cretis dissidet? Cur in his adorãdis literis,idẽ,ac penè dixerim plus,nobis permit timus quàm in Cæsareis legibus, aut medicorũ libris sibi permittũt interpretes prophani? ut perinde quasi in re ludicra uersemur:ita quicquid in buccã uenerit,

cõmentemur

Magnus doctor.

Munus Theologi Christiani.

Christi doctrinam crassam uocant & idioticam.

Apostoli subtilitates non docuerunt.

Principes.
Episcopi.
Ludimagistri

Veritas.

Digitized by Google

commentemur, detorqueamus, inuoluamus. Cœlestia dogmata, ceu Lydiam regulam ad nostram pertrahimus uitam: & dum omnibus modis fugimus, ne parum multa scisse uideamur, quicquid usquàm est prophanarum literarū huc cōuehentes, id quod est in Christiana philosophia præcipuū, non dicam corrumpimus: sed quod negari non potest, ad paucos homines contrahimus, rem quæ Christus nihil uoluit esse communius. Hoc philosophiæ genus in affectibus situm uerius, quàm in syllogismis, uita magis est, q̄ disputatio, afflatus potius q̄ eruditio, transformatio magis q̄ ratio. Doctos esse, uix paucis cōtingit: at nulli non licet esse Christianum: nulli non licet esse pium, addam audacter illud: nulli nō licet esse Theologum. Iam facile descendit in animos omniū, quod maxime secundum naturam est. Quid autem aliud est Christi philosophia, quā ipse renascentiam uocat, q̄ instauratio bene conditæ naturæ? Proinde quanq̄ nemo tradidit hæc absolutius, nemo efficacius q̄ Christus, tamē permulta reperire licet in ethnicorū libris, quæ cum huius doctrina consentiāt. Nulla fuit unq̄ tam crassa factio philosophiæ, quæ docuerit pecuniam, hominē reddere felicē, nulla tam impudens, quæ in uulgaribus istis honoribus aut uoluptatib⁹, finem boni constituerit. Viderūt Stoici neminē esse sapientē, nisi bonum uirū: uiderūt nihil esse uere bonū aut honestum, præter ueram uirtutē, nihil horrendum aut malū præter unam turpitudinem. Iniuriā non esse pensandam iniuria, multis modis apud Platonem docet Socrates: item cum immortalis sit anima, non esse deplorandos, qui cum fiducia bene actæ uitæ hinc demigrant in uitam feliciorē: præterea animam omnibus modis abducendā ab affectibus corporis, & ad ea traducendam, quæ uere sunt, cū nō uideant. Nullam rem nobis suauē esse posse, quæ non aliquo modo contemnatur, in politicis scripsit Aristoteles, una uirtute excepta. Nihil in uita homini suaue esse posse, nisi adsit animus nullius mali sibi conscius, unde ceu fonte scatet uera uoluptas, fatet & Epicurus. Quid quod magnā huius doctrinæ partē præstitēre nō pauci, præcipue Socrates, Diogenes, & Epictetus? At eadem cum tanto plenius & docuerit & præstiterit Christus, an non prodigij simile, hæc à Christianis uel ignorari uel negligi, uel etiā rideri? Si sunt quæ propius pertinent ad Christianismū, his antiquatis, illa sequamur: sin hæc sola sunt, quæ uere Christianū possint efficere, cur hæc propemodū magis pro obsoletis & abrogatis habemus, q̄ libros Mosaicos? Primū autē est scire quid docuerit, proximū est præstare. Neq; enim ob id opinor, quisquàm sibi Christianus esse uideatur, si spinosa, molestáq; uerborū perplexitate, de instantibus, de relationibus, de quidditatibus ac formalitatibus disputet: sed si quod Christus docuit & exhibuit, id teneat exprimátq;. Non quod horū studiū damnē, qui in argutijs huiusmodi non sine laude, exercuerunt ingenij sui uires: nolim enim offendi quenq̄, sed quod existimē, & uere, ni fallor, existimo, purā ac germanā illā Christi philosophiā, nō aliunde felicius hauriri, quàm ex euāgelicis libris, quàm ex apostolicis literis, in quibus si quis pie philosophet, orans magis quàm argumētans, & transformari studens potius quàm armari, is nimirū comperiet nihil esse

Temeritas quorūdam.

Philosophia Christiana quibus in rebus, & quid

Philosophia Christi, instauratio bene conditæ naturæ.

Ethnici.

Stoici.

Socrates.

Aristoteles.

Epicurus.

Christus.

Decreta Christi pro obsoletis habemus.

Hæc argutū faciunt, at nō Christianum.

Ex euāgelicis & apostolicis literis, germana Christi philosophia felicissime hauritur

Digitized by Google

esse quod ad hominis felicitatẽ,nihil quod ad ullam huius uitæ functionẽ pertineat,quod in his non sit traditum,discussum,& absolutũ.Siue quid discere cupimus,cur alius autor magis placet q̃ ipse Christus?Siue uiuendi formã requirimus,cur aliud nobis prius est exemplum,q̃ Archetypus ipse Christus?Siue pharmacũ aliquod aduersus molestas animi cupiditates desideramus,cur alibi putamus remediũ esse præsentius?Siue cupimus residem ac langueſcentẽ animum expergefacere lectione,quæso ubi reperias igniculos æque uiuos & efficaces?Siue uisum est animũ ab huius uitæ molestijs auocare,cur aliæ magis placent delitiæ? Cur statim malumus ex hominũ literis,Christi sapiẽtiã discere q̃ ex ipso Christo?qui quod pollicitus est se semper nobiscũ fore usq; ad consummationẽ seculi,in his literis præcipue præstat,in quibus nobis etiãnum uiuit,spirat,loquitur,penè dixerim efficacius, quàm cum inter homines uersaretur.Minus uidebant,minus audiebãt Iudæi,quàm tu uides & audis in euangelicis literis,tantum ut oculos & aures adferas,quibus ille cerni & audiri possit.Quid tandẽ hoc rei est?Literas ab amiculo scriptas,seruamus,exosculamur,circũferimus, iterũ atq; iterum relegimus:& tot sunt milia Christianorũ,qui cũ alioqui docti sint,euangelicos & apostolicos libros,ne legerint quidẽ unquàm in omni uita. Mahumetæi sua tenẽt dogmata.Iudæi & hodie ab ipsis cunabulis suũ ediscunt Mosen.Cur nos non idem præstamus Christo?Qui Benedicti profitentur institutũ,regulã ab homine,eóq; penè idiota,& idiotis scriptam,tenẽt,ediscũt,imbibũt.Qui Augustiniani sunt ordinis,autoris sui regulã callent.Frãciscani Frãcisci sui traditiũculas adorant,amplectũtur, & quôquo terrarũ se cõtulerint, secũ circũferunt,tutos se nõ credunt,nisi libellus adsit in sinu.Cur illi plus tribuũt regulæ ab homine scriptæ,quàm uniuersi Christiani suæ regulæ,quã omnibus tradidit Christus,quã omnes ex æquo professi sunt in baptismo?Denique qua(ut sexcẽtas etiã addas)nulla possit esse sanctior?Atque utinã fiat,ut quẽadmodũ Paulus scripsit,Mosi legẽ nõ fuisse gloriosam præ gloria succedentis euangelij, ita Christianis omnibus euangelia & apostolorũ literæ ita sanctæ habeant,ut hæc præ illis nõ uideantur esse sancta.Quid Alberto magno, quid Alexandro, quid Thomæ,quid Aegidio,quid Ricardo,qd Occã alij uelint tribuere, per me sanè cuiq; liberũ erit:nolim enim cuiusquã imminuere gloriã,aut cũ inueteratis iã hominũ studijs dimicare.Sint illa quãtũuis erudita,quãtũuis subtilia,quãtũuis,si uelint,seraphica,hæc tamẽ certissima fateantur oportet. Paulus dijudicari nult spiritus ꝓphetarũ,num ex deo sint.Augustinus omnes omniũ libros cũ iudicio legens,nihilo plus iuris postulat & suis.In his solis literis,& quod nõ assequor,tamẽ adoro.Hũc autorẽ nobis nõ schola Theologorũ,sed ipse pater cœlestis diuinæ uocis testimonio cõprobauit, idq; bis, primũ ad Iordanẽ in baptismo,deinde in mõte Tabor in trãsfiguratione:Hic(inqt)est filius meus dilectus, in quo mihi cõplacitũ est,ipsũ audite. O solidã autoritatẽ,ueréq; (ut isti uocãt) irrefragabilẽ: Quid est ipsũ audite? Nimirũ,hic unicus est doctor, huius unius discipuli sitis. Attollat studijs suũ quisq; quantũ uolet autorẽ, hoc de uno citra exceptionem

Vtilitas.

Literæ bonæ.

Christus non minus nobis præsens est in euangelicis literis,q̃ cum uiueret.

Homines.

Deus.

Pium notum.

Theologia recens.

Ab autore.

Digitized by Google

exceptionē dictū est Christo. In hunc primū descendit columba, paterni testimonij cōprobatrix. Huius spiritū proxime refert Petrus: cui summus ille pastor oues suas semel iterum ac tertio pascendas cōmisit, pascendas autē haud dubiū quin Christianæ doctrinæ pabulo. Hic in Paulo ueluti renatus est, quē ipse uocauit organū electū, & insignem sui nominis præconē. Ioannes quod è sacrosancto illo pectoris fonte hauserat, id suis expressit literis. Quid quæso, simile in Scoto, nolim id contumeliæ causa dictū uideri, quid simile in Thoma? Quāq; illius ingeniū admiror, huius etiā ueneror sanctimoniā. Cur non in his tātis autoribus philosophamur omēs? Quin hos sinu circumferimus, hos semper habemus in manibus, quin in his uenamur, scrutamur, disgrimus assidue? Cur maior uitæ portio datur Auerroi cq; Euāgelijs? Cur tota penè ætas in hominū decretis, & inter se pugnātibus opinionibus cōteritur? Iam uero sint illa sanè, si libet, sublimiū Theologorū. At in his certe sit futuri quōdā magni theologi tyrocinium. Quotquot in baptismo iurauimus in uerba Christi, si tamē ex animo iurauimus, mox inter ipsos parētū cōplexus, & nutricū blandicias, Christi dogmatis imbuamur. Nā & altissime insidet, & tenacissime hæret, quod primū rudis illa animi testula cōbiberit, Christū prima sonet balbuties, ex huius euangelijs prima formetur infantia: quē ita cū primis tradi cupiā, ut & à pueris ametur. Nam quēadmodū præceptorū quorūdā austeritas facit, ut pueri prius oderint literas cq; nouerint, ita sunt qui Christi philosophiam tristem faciāt, ac morosam, cum ea nihil sit suauius. In his deinde uersentur studijs, donec tacitis auctibus adolescant in uirum robustum in Christo. Aliorū literæ sunt eiusmodi, ut nō parum multos pœnituerit insumptæ in illis operæ: ac sæpenumero fit ut qui per omnē uitā pro tuēdis illarū decretis ad mortē usq; depugnarunt, in ipsa morte, ab autoris sui factione desciscant. At felix ille quē in hisce literis meditantē mors occupat. Has igit toto pectore sitiamus omnes, has amplectamur, in his iugiter uersemur, has exosculemur, his demū immoriamur, in has transformemur, quādoquidē abeunt studia in mores. Qui consequi nō potest (quis aūt id nō potest, si modo uelit) is saltem adoret, hasce literas, ceu thecam illius diuini pectoris. Si quis ostendat Christi pedibus impressum uestigium, cq; procūbimus Christiani, cq; adoramus? At cur non potius uiuam illius & spirantē imaginem in hisce ueneramur libris? Si quis Christi tunicam exhibeat, quo nō terrarum prouolaturi simus, ut eam osculari liceat? Atqui ut totam illius supellectilem proferas, nihil erit, quod Christum expressius ac uerius repræsentet, cq; euangelicæ literæ. Ligneam aut saxeam statuam, amore Christi, gēmis auróq; decoramus. Quin hæc potius auro gemmisq;, & si quid his preciosius, insigniuntur, quæ tanto præsentius Christū nobis referunt, cq; ulla imaguncula? Siquidem illa, quid aliud cq; corporis figuram exprimit? si tamen illius quicquàm exprimit: at hæ tibi sacrosanctæ mentis illius uiuam referunt imaginem, ipsumq; Christum loquentem, sanantem, morientem, resurgentem, deniq; totum ita præsentem reddunt, ut minus uisurus sis, si coràm oculis conspicias.

Petrus. Paulus. Ioannes. Scotus. Thomas. Christi dogmatis imbuendi pueri. Literæ humanæ. Diuinæ. In has transformemur. In euangelicis & apostolicis literis spirans est & uiua Christi imago. Euangelicæ literæ.

PARACLESEOS FINIS.

Digitized by Google

DES. ERASMI ROTE-RODAMI APOLOGIA.

IAM ut paucis occurram Apologia, reclamaturis, Paulus apostolus, referente Luca, fortunatum sese prædicat, quod apud Agrippam pro se causam dicturus esset, cui propter diutinam cum Iudæis cõsuetudinem, res omnes in quibus uertebatur quæstio, maxime cognitæ compertæq; essent. Atq; utinam eodem nomine mihi quoque gratulari possim, cui planè diuersum quiddam usu uenit atque Paulo. Nam ne opus quidem est nobis Apologia, nisi apud istos, qui totũ hoc negocium, de quo controuersia est, nõ intelligunt: nec prorsum aliam ob causam calumniantur, nisi quod non intelligant. Siquidem apud eos qui Latinas, Græcas & Hebraicas literas uel ad mediocritatem degustarunt, qui serio in uestigandis diuinæ scripturæ mysterijs, qui feliciter ac diligenter in uetustis illis, ac non minus ueris quam uetustis Theologis uersati sunt, nihil addubito, quin magnam initurus sim gratiam, etiam si quod conatus sum, parum assecutus fuero. Proinde mire fiet, ut quibus hac opera nostra nõ magnopere sit opus, quiq; soli dãnare quædam possint, quod ob bonarum peritiam literarum possint iudicare, ij nõ solũ comprobent suo suffragio nostram industriam, uerumetiam gratiam haud mulgarem habeant. Cõtra qui hisce de rebus nullo modo possunt ferre sententiã, & hoc magis egent huius laboris subsidio, quo longius absunt à bonis literis, ij non solum non amplectentur opus ipsorum paratum usui, uerum etiam obstrepent, calumniabuntur, damabunt: quorum alterum extremæ cuiusdam ingratitudinis esse uidetur, alterum insignis impudentiæ. Quid enim fingi potest impudẽtius quam damnare librum quem ne legeris quidem: tum eiusmodi, ut si maxime legas, tamen absq; linguarum peritia pronunciare de eo nõ possis? Quid aũt ingratius, quam pro tam immensis sudoribus uigilijsq;, quas tantũ iuuandi animo susceperis, & quibus nulla par gratia referri queat, rependi calumniam, idq; potissimũ ab ijs, ad quos potissimũ operis utilitas sit reditura? Cum ubiq; fœda est ingratitudo, tum in nullos æque par est gratos esse, atq; in eos qui dispendio rei pecuniariæ, iactura uoluptatũ, nonnullo etiam ualetudinis ac uitæ suæ detrimento, in hoc totis uiribus incumbunt, ut ingenij sui monumentis orbi consulãt. Verum haud scio, an usquam ingratius reperias mortaliũ ingeniũ, nec aliãs esse uerius arbitror, quod non minus eleganter quam grauiter dictum est à Seneca, Tutius esse, quosdã offendisse quàm demeruisse. Nihil æque perit, atq; id quod

Apud indoctos tantum Apologia est opus.

Docti, qui possent ob peritiã carpere probãt.

Indocti, qui iudicio carẽt, dãnant.

Impudentia

Ingratitudo

Quibus potissimũ debeatur gratitudo.

τὸ μὴ πρέπον

Digitized by Google

confertur in ingratos. At magis perit officiū, mea quidē ſententia, quod in eos collocatur, qui non intelligunt officiū, & minus redit ab ijs qui non cognoſcūt meritum, q̄ qui non agnoſcunt. Nam ij tametſi diſſimulant, tamen apud ſe ſunt obnoxij, nonnunq̄ pudore coguntur agnoſcere. Denicq̄ ſpes eſt fore, ut aliquando reſipiſcant. Illi quod eſt beneficium, iniuriam interpretantur, & officio adiuti in ius uocant benemerentem. Theologorū in primis eſt, non ſolū gratitudinē præſtare, uerū etiam candorē & manſuetudinē. Et Theologis potiſſimum hic meus deſudauit labor, atq̄ his Theologis, quibus aut non uacauit, aut non contigit, eas diſcere literas, ſine quibus diuina ſcriptura penitus intelligi nō poſſit. Horum adiuuandis ſtudijs, noſtrum impendimus ſtudium, ut quod illis ſua fortuna negauit, id noſtra ſuppediteret induſtria. Et tamē ſi qui redamaturi ſunt, ex hoc grege prodituros auguror. Amplectuntur medici, non aſpernantur iureconſulti, recipiunt philoſophi, ſi quid ad illorum profeſſionem inſtaurandam conducit. Soli Theologi pertinaciter reclamamus, & ipſi noſtris inuidemus bonis. Sanè pmoleſtum eſt, pro benigne collato beneficio nullam recipere gratiam. Moleſtius ab ijs de quibus benemereri ſtudeas, calumniam præmij loco reportare, & à quibus tuo iure poteris exigere debitam gratiam, his actoribus iniuriæ cauſam dicere. Seneca ſummū liberalitatis genus eſſe putat, ac diuinæ beneficentiæ proximum, ſi quis non tantū gratuito proſit, uerū etiam ſciens perdat beneficiū. At mihi uideor hoc quoq̄ ſuperaturus, ſi de his quoq̄ pergā benemereri, qui beneficiū iniuria retaliant. Et quemadmodū fidi medici, reclamantibus etiā & cōuiciantibus ægrotis, tamē pgunt ſubuenire, ita nos hoc quoq̄ uelut auctario beneficium noſtrum cumulabimus, ut beneficiū quod accipiunt, intelligant. Primū igitur etiam atq̄ etiā adhortor omnes Theologos, ut quibus p ætatem aut occupationes uacat, Græcas deguſtent literas, & item Hebræas, ſi liceat. In ipſis arcanæ ſcripturæ fontibus diligenter philoſophentur, ueteres Theologos, quos & eruditio cōmendat & uitæ ſanctimonia, iugiter euoluāt. Deinde noſtra ſi uolent cōferant & expendant, atq̄ ita probent ſi quid recte monuimus, emēdent amice, ſi quid ut hominēs aberrauimus à uero, & minus aſſecuti ſumus, quod ſedulo ſumus ſecuti. Quod ſi impetro cauſam, uici, pro accuſatoribus habiturus patronos. Cæterū à quibus hoc nō impetro, ſaltē illud mihi uel precario donent, ut credant, me ſimplici pióq̄ iuuandi ſtudio quicquid hoc laboris eſt ſuſcepiſſe. Quod ſi parū alicubi ſucceſſit, error eſt, nō ſcelus: & corrigi mereor, inceſſi nō mereor. Nihil enim magis agnoſco, q̄ me nihil ſcire. Profiteant̄ alij quantūlibet ingentia. Ego pro mea tenuitate nihil profitens, præſto tamē quod licet, paratiſſimus ad palinodiā, ſicubi more hominū lapſus ſim, ipſe quoq̄ mihi cenſor futurus, ſimul atq̄ deprehendero. Cæterū diuus Hieronymus nō fert reprehenſorē, qui damnare poſſit, docere nō poſſit. Quorū illud tyrannicū eſt, hoc amicū & eruditum. Iam illud quēadmodum extra controuerſiam eſt apud eruditos, ita indoctis etiam, multorum libris perſuaſum eſſe reor, hanc noui teſtamenti æditionē Hieronymi nō eſſe. Tametſi nos, nec hanc, qualiſcūq̄ eſt, aut cuiuſcūq̄ eſt, neq̄ conuellimus ullo modo, neq̄ calumniamur

Non cognoſcentes meritum, non agnoſcentibus ingratiores.

Theologi quales. Eraſmi labor Theologis deſudauit.

Adhortatur Theologos. Linguæ. Fontes arcanæ ſcripturæ. Veteres theologi.

Eraſmi ſimplex piūq̄ ſtudium.

Dānare poſſe, docere nō poſſe. Vulgata noui teſtamēti æditio, Hieronymi nō eſt.

Digitized by Google

calumniamur. Tantum reſtituimus, quæ temporum ac librariorum uitio fuerant deprauata, obiter indicatis & his, quæ uel ambigue, uel parum attente reddidit interpres, nam non recte, mihi religio eſt dicere, etiamſi id non ueritus eſt aliquot locis Hieronymus, idq; fecim⁹, neq; leui quod dici ſolet brachio, neq; temere, ſed primū ex canonū conſilio, ad Græcæ originis fidē, examinatis exemplaribus Latinis, neq; tamē fidentes paucis, aut quibuſlibet. Laurentius Valla ſeptē bonæ fidei codices ſe ſecutū fuiſſe teſtat'. Nos in prima recognitione quatuor Græcis adiuti ſumus, in poſteriore quinq;. Deinde cōſultis tum ꝓuetuſtis tum emendatis aliquot Latinæ linguæ uoluminibus: nec hoc contenti, diſcuſſis & exploratis probatiſſimis autoribus, nō oſcitanter obſeruauimus quid citarint, quid legerint, qd emendarint, quid interpretent'. Atq; hiſce rebus omnibus qua licuit uigilātia, certe, ſumma fide, collatis ac penſitatis, quod optimū iudicauimus, ſecuti ſumus: & hac lege in mediū contulimus, ut nihilo ſecius ſuo quiſq; iudicio frueret'. Iam uero ſi qui uerent', ne ſacrarū literarū autoritas uocetur in dubiū, ſi quid uſq; uariauerit: hi ſciant oportet, iam annos plus mille, neq; Latinorū, neq; Græcorum exēplaria per omnia conſenſiſſe. Id quod ne fieri quidē poſſit, nimirū in tanta librariorum, non ſolū turba, ſed inſcitia, oſcitantia, temeritate. Vt ne cōmemorē quam multa mutata ſint ab eruditulis, aut certe à parum attentis. Comperio quædā erraſa aut inducta à factionibus, quarum tumultu quondā ſurſum ac deorſum miſcebant' omnia, præſertim Oriens, dum quiſq; pro ſuarū partium patrocinio ſcripturam uariat. Id certe factū non obſcure compluribus in locis declarat Hieronymus. Quid autē accidit religioni Chriſtianæ, quod tot iam ſeculis, aliud legit Hieronymus, aliud Cyprianus, aliud Hilarius, aliud Ambroſius, aliud Auguſtinus? Apud hos alicubi nō modo diuerſa cōperies, ſed & pugnantia, cū in ſūma Chriſtianæ fidei cōſentiāt. Quid facias, poſteaq; nec ipſa horum temporū æditio per omnia ſibi cōſentit? Qua de re ſi quis dubitet, huic fidē fecerint codices typis etiā excuſi, cū annotamentis marginalibus, & ſi id parū eſt, ex cōmentarijs diui Thomæ, ex cōmentarijs Lyrani, ex cōmentarijs Hugonis Carrenſis intelliget. Quæſo quid periculi conſecutū eſt, quod ſanctus Hieronymus uetus & nouū inſtrumētum mundo iam ſeneſcenti, ad Hebræam & Græcam ueritatē inſtaurauit? Reclamatum eſt tum à nōnullis, quibus ipſe ſuis libris abunde ſatisfacit, nec ob aliud opinor reclamatū, niſi quod neſcirent eas literas. At num hinc uel tantulū incōmodi natum eſt Chriſtianæ religioni? Auguſtinus fatet' ipſa codicum diſcordia, ſe nō mediocriter adiutum fuiſſe, dum quod hic parū apte dixerat, alter darius ac rectius efferret, id quod uel fortuito fieri neceſſe eſt. Quid deceſſit euangeliorum maieſtati, quod ea Iuuencus heroïcis uerſibus induſerit? Quid accepit incōmodi ſcriptura diuina, quod eam ferè totā Aegidius Delphus noſter, inſignis Theologus, elegiaco carmine nuper complexus eſt? Nos locos aliquot innouauimus, nō tam ut elegantius redderemus, cū ut dilucidius ac fidelius. Quid autem erat periculi, ſi paraphraſi totā orationē nouaſſemus? Quibus hæc placet æditio, quā ego nec damno, nec muto, huic ſua manet æditio. Siquidē ea noſtra caſtiga-

Quid egerit Eraſmus

Quid ſecutus.

Exēplariū diuerſitas tā apud Latinos, quàm Græcos.

Varia uariorū lectio.

Nouum inſtrumētū à Hieronymo olim inſtauratum.

Vtilitas è codicū diſcordia.

Iuuencus.

Aegidius Delphus.

Digitized by Google

tione non læditur, sed redditur illustrior, purior, emẽdatior. Illa legatur in scholis, canatur in templis, citetur in concionibus. Illud ausim polliceri, quisquis hanc nostram domi legerit, suã rectius intellecturus est. Proinde si nihil offendit nisi nouitas, & illa iam uetus olim noua fuit, & hæc noua, si patiamur, olim uetus fuerit. Nimis imperiti est hominis, libros annorũ æstimare numero, ac nõ potius ipsarũ rerũ iudicio. Optarim & ipse in sacris literis, nihil esse deprauatũ, nihil dissidere. Atq; id ut optare est in procliui, ita nec fuit unq;, nec futurũ est unq;. Iam qd attinet istos refellere, qui non minus indocte q; impudenter solent uociferari, facinus esse non ferendũ, ut quisq; corrigat euangelia? O uocem uix auriga dignã, nedum Theologo? Fas est nebuloni cuiuis, Euangeliũ codices deprauare, & nefas erit quod deprauatũ est restituere? præsertim homini, ne quid dicam insolentius, in hoc genere literarum, nec indiligenti, nec inexercitato, idq; tot Græcis ac Latinis uoluminibus, tot dariss imis autoribus in consiliũ ascitis? Mihi plurimis argumentis uehementer probabile est, uniuersum instrumentũ nouũ Græce scriptũ fuisse, nõ Latine. Certe si quis excipiat Euangeliũ iuxta Matthæum, & unam ad Hebræos epistolam, de reliquo nulla controuersia est. Proinde qui mutare paret, quod scriptum fuit ab Apostolis & Euangelistis, in hunc iure clamitẽt, quod corrigat Euangelia, non in eum qui iuxta Pontificum decreta ex Græcorũ fontibus, ex sacrorum interpretum sententia syncera fide reponat, quod uel à scribis erat uitiatum, uel ab interprete parum apte redditũ in Latinis codicibus, cum Græce scripserint Apostoli. Sed cur hæc pluribus ago? cum diuus Hieronymus complurib us epistolis huius causæ patronum agat, qui neq; ipse, cum in re non ita dissimili laborasset, calumnia caruit. Cuius emendatio si extaret, aut nõ fuisset nobis hoc laboris capiundũ, aut fuisset quod sequeremur. Itaq; te quæso lector optime, cũ occurret nouatum aliquid à nobis, ne protinus ad solitæ lectionis gustũ ac saliuã reijcias, ac damnes, quasi necesse sit malũ esse, quicquid diuersum est, simul & me fraudans mea laude, & te operis utilitate. Sed primũ nostra conferto cũ Græcis, quod quo promptius esset, illa è regione adiecimus. Expende num fidelius, num apertius, num significantius expressierim, quam uetus interpres. Nec hic rursum protinus in ius trahant, si minus uerbum uerbo respondeat, id quod ut maxime coneris, ne fieri quidem potest. Si nefas esse ducũt, usquam à literis ac syllabis discedere, cur hic interpres passim id ausus est, aliquoties nulla nec adactus necessitate, nec inuitatus utilitate, sed uelut in re ludicra lasciuiens & oscitans? Quod si licet, ut certe licet, si me comperies sententias, maiori fide reddidisse q; ille reddiderit, ne damna quod nouũ est, sed amplectere quod est rectius. Iam si collatio tibi non satisfacit, ne continuo pronuncies. Consule nostras Annotationes, quæ fortasse tibi uel autoritate testium, uel rationibus adductis satisfacient. Fit interim, ut diuersa sit lectio, sit, ut ijsdem ex uerbis cõplures sensus accipi possint. Nos primum unicam dũtaxat lectionem proponimus. Nec enim aliter poteramus: Cæterum in annotamentis uaria referimus, aut indicantes quid nobis optimũ uideatur, aut tuo relinquentes arbitrio, quid sequi malis. Sunt in quibus nostra uul-

gata

Nouitas.

In eos qui negant esse fas, ut quisquam euangelia corrigat.

Instrumẽtũ nouũ Græce scriptum.

Lector cõferat et expendat singula.

Interpres uulgatæ editionis.

Annotationes.

Digitized by Google

gata magis probatur æditio, aut Ambrosiana lectio, q̃ Græci codices. Et tamen consentientibus omnibus Græcis exemplaribus, quoniam illa mutare non licuit, Latina accõmodauimus, ne non responderent, cum in hoc ipsum adderent. Cæterum id in scholijs discutimus. Comperio quædã apud illos addita ex more solẽni, ueluti coronidem illam sic additã precationi dominicæ, quemadmodũ apud nos in calce psalmorum adijcitur Gloria patri. Ea nõ resecuimus à cõtextu, sed tamen in cõmentariolis admonemus addita. Nam is error minus habet periculi, cũ quod frequenter comperio factum, ex alijs locis asscribit lector, quod in simili sententia deerat alibi. Attamen id quoq; curauimus admonere. Proinde nõ ita tradimus hanc lectionem, quasi certa indubitatáq; sint omnia, sed quod ex nostra emendatione, accedentibus annotamentis, nõ mediocriter adiuuandus sit lector uigilans & attentus. Inerunt pmulta, quæ ceu minutula friuolácq; cõtemnenda uidebuntur alicui. Verum qui conferet, qui exepẽdet, qui tractabit & interpretabit sacras literas, is ipse comperiet, in his minutulis nõ minimũ esse utilitatis. Ad hæc facile mihi ueniam dabit, huiusmodi minuta persequuto, qui cogitarit ad huiusmodi scrupos primi nominis autores impegisse, nonnunq; & pudendo errore lapsos esse, nimirũ ipsum Hilarium, Augustinum, & inter recentiores doctissimũ Thomam Aquinatem, ne iam cæteros cõmemorẽ. A quibus in hoc uersanti negocio, nõnũq; dissentire fuit necesse. Quod quidem ut semp ingenue feci, ita nusq; contumeliose, ne in istos quidem procacior, quorum impudẽs temeritas, & insolens inscitia parum merebatur hanc ciuilitatem. In quos etiam si liberius inuectus fuissem, tamen apud eruditos omneis excusaret me Plautinũ illud: Quod dignis maledicitur, bene dictum est, nõ maledictum. Verum malui rationem habere quid me dignum esset, quam quid isti mererentur. Erat animus, istorũ ineptias omnino dissimulare, nisi libri passim manibus omniũ tererentur, & oraculorũ instar legerentur ac citarentur. Nec rursus id à me factum est affectate, sed obiter locis aliquot, quo posthac minus illis fidant, qui quicquid apud huiusmodi scriptores utcunq; positum aut additum repererint, id alba, quod aiunt, amussi in suos cõuerrerent cõmentarios: aut certe quibus autores isti magni sunt, intelligerẽt, ob harum rerum quas indicauimus ignorãtiam, magnos etiam autores turpiter ac pluscq; puerliter hallucinatos esse. Alioqui si quicquid in horum uoluminib⁹ uel rideri, uel improbari poterat, persequi uoluissem, tum uere mihi inter manus nata fuisset πλιὰς κακῶν, ut est in Græcorum prouerbio, nec ad ea refellenda una sufficerat ilias. Cæteros autem, quos præter eruditionis cõmendationem ornat & uitæ sanctimonia, tantum abest, ut incessam petulantius, ut sæpenumero captatis etiam prætextibus, aut eleuem errorem, aut excusem, aut tegam. Nec mihi succensere debent, si quid lapsus est Augustinus aut Thomas, cum res ipsa clarior est, quam ut dissimulari possit. Imputent inscitiæ linguarũ, aut si malint, imputent illorum seculis. E re studiosorũ erat, illa non omnino dissimulare. Non quod me putem oculatiorem summis illis uiris, sed quod alicubi fortasse fuerim attentior, & fortasse linguarum opibus instructior, certe q̃ Aquinas, qui Latine tantũ nouit.

Addita.

Minutula nõ cõtẽnẽda sacras tractanti literas.

Thomas, laudatus.

Erasmi modestia.

Augustinus. Thomas.

Digitized by Google

uit. Quos omnes, ut semper ueri fuere studiosissimi, magis propicios esse mihi cõfido, uel hoc nomine, quod illorũ libros aliquãto reddiderim purgatiores. Quid minutius hypostigma? At tantula res hæreticum gignit sensum, quẽadmodũ docet Aurelius Augustinus libro de doctrina Christiana tertio, exempli causa citãs illud Iohannis: In principio erat uerbum apud deum, & deus erat. Et interposita diastola, sequitur: Verbum hoc erat in principio apud deum. Hanc lectionẽ hæreticam appellat, uidelicet eorum, qui negabãt uerbum dei, deum esse. Item illud quod est apud Paulum in epistola ad Rhomanos: Quis accusabit aduersus electos dei? Ab hoc loco quæ sequuntur, nisi per interrogationem legantur, sensum non hæreticum modo, sed prorsus blasphemum efficiunt. Quasi respondeas ad superiora: Deus qui iustificat. Deinde, quis est qui condemnet? Ad id rursum respondeas: Christus Iesus, qui mortuus est. Idem offensus amphibologia Paulini sermonis, cum ait: Quod stultum est dei, sapientius est hominibus, mauult ita reddi, quod stultum est dei, sapientius est q̃ hominis, quod alioqui uideri potuerit incertũ, dandi ne casu dictum esset hominibus an auferendi. Atq; hæc & alia his fermè cõsimilia multis uerbis illic annotauit uir tantus, quæ nihil negocij sit animaduertere, etiam si nullus moneat. Quid si lis legisset tot portenta mendarũ à nobis prodita, sublatáq; tot crassissimas discussas tenebras? tot sensus præpostere non solũ ambigue redditos, suæ restitutos integritati? an nõ hunc laborem nostrum utrisq; manibus cõplexus fuisset? Quædam autem tanta breuitate sunt annotata, ut ni nostram annotatiunculã ad locũ ipsum conferas, non sis animaduersurus quid uoluerim. Nã quod compluscules locis occurrent eadẽ, id data opera factum est, quo consuleremus lectori uel parum memori, uel inquirendi laborem fugitanti. Et sanè nõnihil uereor, ne quẽadmodũ multos sit offensura nouitas, ita è diuerso existant, quibus hoc ipsum displiceat, quicq; esse quod conueniat cum ueteri interprete. Alijs nihil probatur, quod sit diuersum: alijs ineruditũ uidet, quod non tota ratione pugnet ac dissideat. Rursus alios offendit sermo paulo purior ac Latinior, nempe hos qui nihil acutum iudicant, nisi quod prodigiosis scateat solœcismis. Alij contra fastidiunt, quicquid non referat Ciceronianum illum nitorem. Nos in hoc opere ut non affectauimus eloquentiã, ita mũdiciem, si qua in promptu fuit, non respuimus. Non offenditur deus solœcismis, at idem nõ delectatur. O dit superbam eloquentiã, fateor, at multo magis supcilios am & arrogantem infantiam. Nos toleramus istorũ balbutiem, ferant ipsi uicissim nostram qualemcũq; dicendi mediocritatẽ. Verum ut aliquando finiã, quemadmodũ ingenue fateor esse pmulta, quæ doctius tractari potuissent: ut nõ inficias eo, locis aliquot me dormitasse lassum: ita res ipsa, ni fallor, indicabit. me, post Laurẽtium Vallam, cui non hactantũ in parte debent bonæ literæ, post Iacobũ Fabrũ, uirtutis omnis & literarũ antistitẽ: nec sine causa uersatũ in hoc negotio, nec sine fructu. Bene ualeto lector amice, & si quid adhuc desideras, à præfatione quam Annotationibus præfixi, petito.

Augustini in minutissimis apertissimisq; diligentia.

Portẽt a mẽdarũ ab Erasmo sublata

Breuitas autoris. Eadem.

In lectoribus uaria palata.

Supercilios am et arrogantẽ infantiã odit deus.

Laurentius Valla.

Iacobus Faber Stapulẽsis.

APOLOGIAE FINIS.

De hac

DE HAC POSTERIORI AEDITIONE.

ERASMVS ROTERODAMVS PIO LECTORI. S. D.

OMnibus omnium cauillationibus respondere, lector optime, præterq́ quod infiniti sit negotij, nec admodū ex huius opis dignitate fore uideo, nec operæpretiū ullū intelligo: ꝓpterea q́ qui studiū hoc nostrū suggillant ac traducūt, fere nō legūt, aut certe nō intelligunt nostras apologias. Et iā satis illis respōsum est dūabus apologijs, quas primæ quoq́ æditioni, ceu clypeos, aduersus istorum tela præfiximus: præterea in epistola, qua Martino Dorpio respōdem⁹: postremo in epistola ad insignē Theologū Henricū Bouillū. Proinde hic capita dūtaxat argumētorū annotabimus lectori, uel occupato, uel crassiori.

1 Primū illud testamur, & ubiq́ testatum esse uolumus, nos nusq́ à iudicio ecclesiæ catholicæ, uel unguem aut digitum latum uelle discedere. Quod si quid usquam̄ eiusmodi deprehendatur, nō data opera dictum, sed elapsum: ut sumus homines, id iam nunc pro recantato uolumus haberi.

2 Nec præimus eruditorum iudicio, nec publicarū scholarum autoritati præiudicamus. Manet incolume suū cuiq́ iudicium. Annotationes scribimus, non leges: & expendenda proponimus, non protinus habenda pro compertis.

3 Nec ideo hāc posteriorē æditionē immēsis sudoribus parauimus, q́ priori diffideremus, sed opus qđ tū ꝓ uirili, próq́ tēporis spacio q́ fieri potuit optimū dedimus: nūc emēdatius multo, multóq́ locupletius damus. Atq́ id sanè facturos nos, prima statim æditione sumus polliciti. Quod quidem quo fiet sæpius, hoc plus erit lucri lectori.

4 Quod in æditione prima parcius fecimus, ueriti, ne tantā nouitatē non ferrent quidā: nunc hortantibus amicis magnis & eruditis, animūq́ addētibus, uberius præstitimus, ut totus noui testamenti sermo simplex quidē, sed tamē Latin⁹ esset, exceptis uerbis aliquot, & idiomatibus, quæ receptiora uidebā, q́ ut mutari possent. Sicut fides pro fiducia, fidelis pro fidenti, benedictus pro laudatus aut laudandus: in nomine Iesu, pro autore Iesu, siue fiducia Iesu.

5 Neq́ parum adiecimus prioribus annotationibus, & priores illas autorū nomendatura cōmuniuim⁹ ob quosdam, auidiores calumniandi quam̄ discendi

6 Sed offendūtur, qui Latine nesciūt: & ueteres solœcismos, quibus assueue-

Digitized by Google

runt,requirunt.Habent iſti ueterem æditionem,per me quidem integram & intactam.Scio,plurimos ob ſermonis imperitiam,ne dicam ſpurciciem,à ſacris uoluminibus abhorrere.Boni conſulent iſti,ſi his quoq; conſultũ eſſe uoluimus,præſertim cum ipſi nihil perdant.

7 Non offendit,inquiunt,deus ſolœciſmis.Verum fortaſſis, at idẽ non delectatur.Excuſat Auguſtinus ſermonis uitium,non præfert.Et excuſat in idiotis, nõ in Theologis, poſtremo tolerat inuitus.Nã in totũ mutari malit,ſi liceat.Qđ ſi ſenſum reddit ambiguũ,aut etiã peruerſum,quod locis aliquot indicauimus factũ,deteſtat. Quin & deus odit ſupbos Solœciſtas,qui recte loquẽtes inſectãt, nec ipſi uolũt meliora diſcere,nec alios ſinũt,ceu canes in præſepi, iuxta ꝓuerbiũ.

8 Alioquin illud ab iſtis requirã:utrum omnes ſolœciſmos amplectãtur, an eos tantũ quibus aſſueuerint.Si quoſuis amplectunt,cur ab iſtis quoq; uapulãt pueri,cũ dicunt,fuit in domo tuo:aut,friget corpus meus.Imò uel in templis exibilarent omnes,ſi diaconus ꝓ filio legat,pilio:aut pro Philippo,pilippũ.Et tamẽ abſurdiora ſunt ſæpenumero quæ cõmittũt ipſi.Quod ſi nulli placẽt Solœciſmi, niſi quibus aſſueuerint,iam palam eſt,eos nõ duci iudicio recto,ſed ſuis blandiri neuis,& eos imitari,qui cũ ab aliorũ hulceribus abhorrẽãt,ſua tamẽ familiari ſcabie nõ offenduntur.Porrò quid interea fiet ijs,qui Solœciſmis nõ aſſueuerunt?

9 Auguſtinus patit barbare dici:Iuſtus ut palma floriet,pro florebit:ſed patitur in plebe imperita.Patit,ut eruditi ꝓ,os,cuius paternus caſus ſit,oſſis,oſſum dicant,ſed quoties imperitis loquunt,aliter nõ intellecturis. Iam uero cũ uulgo nemo Latine loquat, quod Auguſtinus ſcribit de Solœciſmis, nõ magis ad nos ptinet,quam ſi moneret,ut apud Gallos Gallice loquens cõcionator,uerbis Gallicis uulgo notis uteretur.Alioqui cur Auguſtinus ipſe in ſuis libris non ſolœciſſat,cum ſæpenumero nec ab eruditulis intelligatur?

10 Auguſtinus non admittit Solœciſmos, niſi apud imperitos, ut dictũ eſt, & in hoc dũtaxat,ut ſententiã reddant dilucidam.At docuimus,locis aliquot interpretis Solœciſmis totam ſubuerti ſententiam,& hac occaſione magni nominis interpretes fuiſſe lapſos.

11 Porrò qđ obijciũt,indignũ eſſe,diuinã ſcripturã ſubijci regulis Donati,ut à uiro ſancto dictũ eſt,ita nõ pinde circũſpecte,qđ qdẽ pace illi⁹ dixerim.Primũ em̃,interptis ſermo nõ eſt ſcriptura ſancta,ſed quod Moſes aut Apoſtoli ſcripſerũt.Nos interptis ſermonẽ emẽdamus,& ſanctæ ſcripturæ ſuã lucẽ reſtituimus. Deinde ſi cõtumelioſum eſt de rebus diuinis emẽdate loq,in ius uocãdi ſunt ueteres penè oẽs,q nõ elegãter modo,uerũ etiã eloquenter tractarunt res myſticas.

12 Mihi uidetur ad propagandum Chriſti Euangelium pertinere, ut caſto puróq; ſermone tradatur,quatenus licet.Recte loquendi ratio omniũ eſt cõmunis:at uaria res eſt barbaries,& intellectu difficilis,quippe recedens à ſermone naturali,ut nihil eſt dilucidius ſermone recto,ita nihil facilius.

13 Quod ſi quis neget in hac interpretatione ineſſe Solœciſmos,nõ illos quidem hauſtos ex Apoſtolico ſermone,ſed ex uulgi fece, conſulat indicem meum,

& mox

Digitized by Google

& mox,opinor,mutabit ſententiam.

14 Ibidem uidebit,quot locis hallucinati ſint interpretes etiam magni nominis,tantum ob ſermonis uitium.Ne quis putet nullum aliud eſſe incommodum, niſi quod parum munda ſit oratio.

15 Porrò quanq̃ haud inficiamur,in Apoſtolorum & Euangeliſtarum Græco ſermone nonnulla eſſe præter rationem grammaticam, tamen non erat cauſa,cur nos tantum ſolœciſmorum prodigioſorum adderemus.

16 Et fortaſſis,quod illis temporibus cõducebat,ut Apoſtolorũ oratio eſſet inconditior,nunc expediat mutari,quando nec Apoſtolico cultu nunc utunt Epiſcopi,ſed in oĩbus ſplendor acceſſit eccleſiæ.Olim expediebat Apoſtolos eo ſermone uti,qui latiſſime patebat,& à literatis pariter ac illiteratis intelligebat, quandoquidẽ & Chriſtum Syriace locutũ apparet,nunc ea ratio adeo locum non habet,ut iſs q Latine didicerint, noua balbutiẽdi ratio ſit diſcẽda ob interpretis nõ Apoſtolorũ ſolœciſmos.Proinde,ut olim abuſi ſunt Apoſtoli ea lingua quã reperẽrũt uulgo maxime cõmunẽ:ita nũc cõducibile fuerit,ſacras literas eo ſermõe tradi,qui ſit oĩbus Latine doctis cõmunis.Conuenit eĩ id eſſe cõmuniſſimũ, quod eſt rectiſſimũ.Quod dictũ eſt de ſermone Apoſtolico,idẽ ualet in oratiõe ueterũ interpretũ,cũ ſermo Romanꝰ adhuc eſſet,pmiſcuæ multitudini cõmunis,

17 Si ob eã cauſam diuinos libros expedit inerudite uerti,quo poſſint à pluribus intelligi,potiſſimũ uertendi eſſent in linguã Gallicam,aut Germanicam.

18 Si non licet Chriſtianis recte loqui,cur Auguſtinus grammaticã recte loquendi magiſtram,ponit inter artes neceſſarias ad ſacrorum uoluminũ intelligẽtiam? cur tot grammaticorum ſcholis plena ſunt omnia? cur tot laboribus excruciatur ætas illa rudis, an ut diſcat mendoſe loqui?

19 Vt nihil aliud ſit cõmodi,certe hoc boni habet ſermonis elegantia, quod ſimplex ſit & naturalis,cum inemendate loquendi ſexcentæ ſint ſpecies.

20 Etiamſi nos in ſermone Apoſtolorũ,ne ſyllabã quidẽ mutamus,imò ſermonẽ illorũ,uitio librariorum aut alioqui deprauatũ,reſtituimus.Proinde ne qs clamet,hic corrigit Euangelium,hic emendat precationẽ dominicã:ſed, hi codices Euãgeliorũ à mẽdis repurgat.Nec magis obiurgãdus ſum,quàm qui ſcopis euerrit ſordes è templo.Non enim quicquid in templo eſt,continuo ſanctum eſt.

21 Iam ſi,quicquid hic uertit interpres,ſpiritui ſancto libet aſcribere,& ob id nefas eſſe,qcq̃ hinc demutare,cur audet reprehendere Hieronymus,quod apud hunc legit, nũc uerba taxans,nunc ſententiã,nũc ſubmouẽs quod adiectũ affirmat? cur audent diuerſum legere,Cyprianus,Ambroſius,& Auguſtinus?

22 Hieronymus in prætatione ad Deſiderium,plurimũ intereſſe putat interuatẽ & interpretẽ:Ibi,inquit,ſpiritus uentura prædicit,hic eruditio & uerborũ copia,ea quæ intelligit,tranſfert:& tamẽ hic Hieronymus agit de Septuaginta,quorum autoritas penè fuit ſacroſancta.At nemo nouit,quis hic fuerit interpres, nã innumeros fuiſſe teſtatur Auguſtinus,atq̃ eos admodum tenuiter eruditos.

33 Arbitror non plus honoris huic interpreti deberi q̃ ſeptuaginta,quorum

æditionem

Digitized by Google

æditionem non raro ſequuntur & apoſtoli,ſed horum tranſlationem mutauit ec
cleſia,ſimul atq; nacta eſt meliorem.

24 Vtrum autem uolunt huic uni hoc honoris haberi,an interpretib⁹ omni
bus? ſi huic uni,cauſam adferant,cur huic potius quàm cæteris,ſi debetur omni-
bus,cæteris nimirum antiquatis facta eſt iniuria.

25 Non idem honoris debetur interpreti & Euangeliſtæ,alioqui quiſquis cõ
cinnat aut deſcribit codicem euangelicum,hoc honoris ſibi poſtulabit. Verſantur
omnes in re euangelica,ſed diſpari functione. Imò diuus Hieronymus interpre-
tum operam,qua nobis ſacros libros in aliam linguam tranſfuderunt,confert cũ
ſtudio M. Tullij,quo quædam Xenophontis,Platonis ac Demoſthenis opuſcu
la Latinis dedit.

26 Quod ſi iuxta Hieronymum optimus interpres eſt, qui linguas & rem
optime teneat,opinor me neutra in re hoc certe interprete uideri inferiorem,ne ni
hil de meipſo dicam glorioſe. Tametſi uidetur hic interpres magis incogitantia
peccaſſe,quàm imperitia,

27 Porrò ſi prorſus in interprete requirunt afflatum ſpiritus ſancti,quid ob
ſiſtat,quo minus & nobis adſit cõmunis omnium Chriſtianorum ſpiritus,qui ſo
let uberius opitulari ijs,qui ſuam quoq; induſtriam adiunxerint.

28 Audio quoſdam adeo ſupſtitioſos,ut nihil patiantur immutari à uerbis
Euangeliſtarum in uertendo. Quaſi uero iſtuc uertere ſit,ac non potius peruerte-
re. Duabus rebus conſtat oratio,uerbis ceu corpore,& ſententia uelut anima. Si
utrũq; reddi poteſt,non obſto,quo minus fiat. Si non poteſt,præpoſterum fue-
rit interpretem uerborum tenacem,à ſententia recedere.

29 Si prorſus contendunt uerbum eſſe uerbo reddendum,cur toties à uerbis
recedit interpres,aliquoties nulla inuitatus commoditate? Si licet,utiq; ſemp hoc
ſpectandum erit interpreti,ut ſententiam bona fide uerbis cẽ aptiſſimis efferat.

30 Nec conſtat,nec probabile eſt,hanc,qua uulgo utimur,æditionem, ullius
Synodi autoritate fuiſſe comprobatam. Neq; probabile eſt, in Synodis hac ſo-
la patres uſos fuiſſe,quæ ex Græcis,Latinis ac Barbaris conſtabant: quorũ alius
Græce citabat,alius Ambroſium ſequebatur,alius Cyprianũ,aut aliũ quempiã.

31 De Septuaginta non ueretur pronunciare Hieronymus,illos uertiſſe uer-
bis ambiguis,quod nõ intelligebant: & alicubi conuerſionẽ illorũ mendacium ap
pellat. Cur igitur putemus ſacrilegium eſſe,ſi quis ab hoc ignoto diſſentiat?

32 Sed utitur iam annis aliquot eccleſia Rhomana: utitur,ſed nõ ſola: nam &
Hieronymum legit,& Ambroſiũ. & cantus eccleſiaſticus ſæpenumero diſcrepat
ab hac æditiõe. Nec ſic utitur,ut decernat,nihil illic eſſe,quod poſſit reddi melius.

33 Diu uſa eſt eccleſia ueteri conuerſione ueteris teſtamenti,quæ quod ſeptu
aginta Græce uerterant,ad uerbum reddit ſermone prorſus abſurdo: quod pa-
lam fuerit,ſi quis legat Auguſtinũ De locutionibus. Nec ideo reſpuit cõmodiorẽ
interpretationem,quæ priori ſubſtituta eſt per Hieronymum,ut arbitrantur.

34 Quod ſi quis omnino contendat,nuſq; ab interprete diſſentiendum eſſe.

Primum

Digitized by Google

Primum excuſet ea loca, in quibus oſtendimus illum palàm uel dormitaſſe, uel lapſum eſſe, uel ita inſcite reddidiſſe Græca, ut ob illius incõmodã interpretationẽ ſummates Theologi, qui tantũ Latine ſciebant, turpiter lapſi ſint. Hæc ſi notiora ſunt, q̃ ut negari poſſint, fateamur, interpretẽ hominẽ fuiſſe, ne qd dicã acerbi?

35 Etiamſi pleraq; ſunt eiuſmodi, ut probabile ſit, uitio librariorum inducta fuiſſe: ut interpretationẽ approbet eccleſia, certe deprauationem non approbat.

36 Neq; quicquid receptum eſt in uſum eccleſiaſticum, continuo receptũ eſt iudicio. Quædam caſu irrepunt, ad quæ conniuet eccleſia, præſertim ſi nõ uideantur ad fidei morumq; periculũ pertinere. Imò fieri poteſt, ut in hoc genere quædam ad tempus ignoret eccleſia.

37 Cum Damaſus hoc negocij daret Hieronymo, ut nouum teſtamẽtum ex Græcorũ fontibus emendaret, habebat nimirũ iam tum eccleſia, quod legebat, & fortaſſe ſeculis aliquot legerat. Id ſi ſyncerum erat, quid opus erat emendatione Hieronymi? Sin corruptum, palàm eſt eccleſiam ad tempus uti, quod ſit in melius uertendum. Idem dico, de uetere teſtamento.

38 Nõ ideo uacillat autoritas ſcripturæ ſacræ, ſi mendæ tollant̃ è codicibus, imò potius uacillaret, ſi conſtet, nos uti deprauatis exemplaribus: atq; id certe negari non poteſt.

39 Optandum, ut nullum mendum inſit ſacris libris, & id quoad fieri poteſt enitendum eſt. Verum id nõ contigit poſt annos mille trecentos, nec fortaſſis unq; continget ad plenum. Bene nobiſcum agetur, ſi q̃minimũ inſit mendarum.

40 Proinde ne nos quidẽ profitemur, omneis mendas à nobis ſublatas, plurimas certe ſublatas audebimus profiteri: & nos rem eò deduxiſſe, ut poſthac codicibus quam minime mendoſis uti liceat, ſi quis hoc filum ſecutus, emendare uelit, cum autoritate Pontificis Rhomani.

41 Nos enim non ſic proponimus hanc æditionem, ut uelimus per omia haberi emendatam: ſed quod apud Græcos frequentiſſimũ habetur, maximéq; cõſtans, id uertimus, indicantes, ubi noſtra cum Græcis conſentiant, aut diſſentiãt, & quid nobis rectiſſimum eſſe uideatur.

42 Scio res ſacras reuerenter ac religioſe tractandas, & idcirco licet in infima functione uerſantes, tamẽ omni qua licuit circũſpectione ſumus uſi. Contulimus utriuſq; linguæ uetuſtiſſimos ac probatiſſimos codices, nec eos ſanè paucos. Excuſſimus ueterum ac recentiorũ cõmentarios, tum Græcos, tum Latinos. Obſeruauimus, quid diuerſi legant. Penſitauimus ipſius loci ſententiam, atq; ita demũ pronunciauimus, quid ſentiremus. Imò ne pronunciauimus quidem, ſed lectorẽ admonuimus, ſuũ cuiq; iudicium liberum relinquentes.

43 Thomas, Lyrenſis, & Carrenſis, alíq; his obſcuriores, ſatis habent annotaſſe: alia litera ſic habet, quod ſic in codice quopiam ſcriptũ, aut fortaſſe deprauatum offenderint, & uidentur rem utilem præſtare. Et nobis obſtrepitur, qui tot argumentis, ac ſummorum uirorum autoritate ueram lectionem reſtituimus?

Si uarietas

Digitized by Google

44 Si uarietas abrogat fidem libris, iam olim uariabant codices ætate Origenis, ætate Hieronymi, ætate Bedæ, ætate Thomæ, denicq; noſtris etiam temporibus hodiéq; uariant, & tamen adhuc ſacris libris ſua conſtat autoritas.

45 Si loca quædam deprauata fidem eleuant arcanis uoluminibus, iã olim id uſu ueniſſet temporibus Origenis, qui Homilia in Matthæum octaua queritur hac de re his uerbis: Multam enim differentiam inter exemplaria inuenimus, ſiue per negligentiam ſcribentium, ſiue ex temeritate quorundam, ſiue ꝓpter eos qui negligunt emendare ſcripturas: uel propter eos, qui quod ipſis uidet, in emendationibus uel adĳciunt, uel ſubducunt. Audis lector, iam tum uariaſſe libros: audis fuiſſe deprauatos: audis quædam adiecta, aut ſubtracta:

46 Atq; ut ille non eſt auſus, in nouo præſertim teſtamento, pronunciare ꝓ obelos & aſteriſcos, ſed tantum admonere lectorem: ita nos, quid nobis uideret, & cꝰobrem uideretur, oſtendimus.

47 Hoc fortaſſe uincimus Origenem, quod illi nihil erat, quod ſequeret in nouo teſtamento, præter codices Græcos. Nos Græcos contulimus cũ Latinis, & ab utriuſq; linguæ probatiſſimis interpretibus adiuti ſumus: cum is penè prim⁹ ſcripſerit in libros diuinos.

48 Si quis contendit, nullum omnino mendũ eſſe in libris ſacris, quid fiet iĳs locis, quæ tam palàm deprauata ſunt, ut nulla ſit tergiuerſatio: Sin fatentur aliquot locos uitiatos, cur non ſinunt corrigi, quicquid corrigendum eſſe uidetur:

49 Sed audio quoſdam ita loqui: Rem amplectimur, ſed offendiculum datur multitudini, ſi ſenſerit in libris, quos hactenus ſecuti ſumus, ineſſe quicquàm uel uiciatum uel non intellectum. Primũ non iſta ſcribuntur multitudini, ſed eruditis, & præcipue Theologiæ candidatis. Hos offendi nõ oportet. Neq; nos correctionem appellamus laborem noſtrũ, ſed annotationes. Neq; cuiq; moleſti ſumus, aliter citanti, & ueterem, aut etiam deprauatam æditionẽ ſequenti. Ab ipſis potius naſcitur offendiculum, qui in publicis concionibus, qui in cõpotationibus, qui in uehiculis ac nauibus apud idiõtas ac mulierculas uociferantur eſſe, qui ſacros libros & precationem dominicam emendet.

50 Miſera uero conditio ſacrorum uoluminũ, ſi horum autoritas pendet ab indoctis, ut ferè ſunt, librariĳs, aut temulentis typographis.

51 Non uociferantur in eos, à quibus palàm eſt ſacros codices uitiari quotidie, cũ ſint illiteratiſſimi, qui hoc audent. In me clamitant, hominẽ in hoc certe genere ſtudiĳ, quod à linguarũ peritia pendet, nec omnino indoctũ, opinor, nec inexercitatum. Illis temere licet pro ſuo arbitratu deprauare, mihi non licebit ex fide ueterum codicum, ex probatiſſimorum interpretum autoritate reſtituere:

52 In illis non requirunt autoritatem, ſatis eſt illitũ eſſe chartas, in me requirunt. Cur, inquiunt, credamus Eraſmo: Imò ſi Eraſmo diffidunt, fidant Theologo. Nam ſi mihi tradita eſt autoritas interpretandi ſacras literas, mirantur ſi auſim de lectione quicquàm hiſcere:

53 Quanquàm non poſtulo, ut mihi credaut. Credant uetuſtis & emẽdatis exẽplaribus

Digitized by Google

exemplaribus, credant Græcæ ueritati, præsertim ubi horum lectio cum orthodoxorum interpretatione congruit. Postremo nec his credant, sed rem secum expendant, non mordeant admonitorem.

54 Hieronymo mandauit Damasus. Mandauit, sed ut amicus, non ut summus Pontifex. Mandasse legimus, approbasse non legimus. Postremo extra controuersiam est, non extare castigationem Hieronymi. Et constat, hanc rursus uitiatam, ut maxime demus, fuisse Hieronymo castigatam, quod certissimis argumentis promptum est refellere.

55 Nihil, inquiunt, tentandum absq; Synodi autoritate. Quid magis ridiculum dici possit. Vt mihi liceat admonere, quid uel à scriba uideatur corruptũ, uel ab interprete melius reddi potuerit, præsertim ex ueterum sententia, tota Synodus erit conuocanda? Cotidie noui scribuntur cõmentarij in sacras literas, propo nuntur oracula de rebus grauissimis, nec ulla Synodus requiritur.

56 Quid si nouum testamẽtum uertissem carmine, quod fecit Iuuencus, aut paraphrasi dilucidius explicuissem, an ob eam rem putant indicendam fuisse Synodum? Nunc tantum quod est in Græcis uerto, aliquoties non probans, quod apud illos legitur.

57 Quod si nefas iudicant quicquam extare diuersum ab hac æditione, abolendi essent Ambrosiani commentarij, supprimendus Cyprianus, Hieronymus & Augustinus, nihil attingendum Græcorum interpretum. Atq; eadem ratione nefas habebitur, nouum ac uetus testamentum ædidisse græce, quod nup ex Aldi mei prodijt officina.

58 Nos opus hoc dedimus, non, unde nõ liceat dissentire, sed quod ad emendandos pariter & intelligendos sacros libros magnopere conducit. Et ut nos proponimus, ita probat suo scripto Leo. x. Pontifex uere maximus, hac quoq; parte consultum esse cupiens religioni Christianæ. Scio hic leuis est Rhomani Pontificis autoritas, quam pluscq; sacrosanctam uideri uolunt, quoties illius diplomatis datur ius absoluẽdi inuitis pastoribus, aut alia functio unde messis est aliqua nõ pœnitenda.

59 Tot mendas sustulimus, tot loca male reddita explicuimus, tot prodigiosos solœcismos amouimus, tot nodos, in quibus hæserunt & ueteres, extricauimus: tot insignes lapsus autorum indicauimus, tot amphibologias resecuimus, tot hyperbata digessimus: ut finiam, tot sensus antehac obscuros ac nubilos illustrauimus, tantam utilitatem gratis detulimus, & uociferantur quidam aduersus benemerentem.

60 Iam non me dam est, hoc male habet quosdam, quod à magni nominis scriptoribus dissentiam. Qui fauent Augustino, frendent, me nõ per omnia cum illo sentire. Qui Thomæ addicti sunt, dolent illum attingi. Minoritæ nollent refelli Lyranum, aut Scotum. Atqui si hanc accipimus legem, à nemine prorsus licebit dissentire, cum ipsi tamen inter se dissentiant. In hoc opere, ueritatis maior, q; autoritatis erat habenda ratio.

61 Non est contumelioſum à quamlibet probatis autoribus diſſentire, ſi rationibus adductis id facias. Hoc intereſt: ſunt, à quibus par est reuerenter diſſentire, uelut ab Hieronymo, ab Ambroſio, ab Auguſtino. Sunt, quibus hoc reuerentiæ non debetur. Thomæ fortaſſe debetur, Lyrenſi aut Carrenſi non debet, neque doctrinæ, neq; ſanctimoniæ nomine. Et referebat, hos aliquot locis taxari, quod uiderem ſolos mira fiducia, ſed nullo iudicio paſſim legi.

62 Sed cauillor in hos fortaſſis uno aut altero loco. Primũ ipſis imputetur, qui tam ridicula ſcripſerint, non mihi. Deinde ſi ſtomachantur, quod hos aliquoties attingo, cur non magis agnoſcunt ciuilitatem meam, cum ad tam multa connueo? quæ nequaquam præteriturus eram, ſi animi cauſa taxaſſem illos. Quod aliquoties attigi, coëgit ſtudiorum utilitas, quod rarius id facio, datum est Chriſtianæ modeſtiæ.

63 Verum hoc ipſum, ni fallor, offendit pleroſq; quod admonẽtur, quaſi hactenus aliquid ignorarint in his literis, quarum ſcientiam profitent: & pudet quæ imberbes didicere, ſenes perdenda fateri. Primum nimium arrogans ſit, qui profiteatur ſe nihil neſcire, deinde taciti hæc quoq; diſcant, & deſinent ignorare. Hac uia probrum hoc optime effugerint.

64 Quod ſi uſq; adeo inuiſa est nouitas, ut ferri non poſſit, fuit & hæc æditio, qua nunc utimur, olim noua. Et ſtultiſſimum est, rerum æſtimationem ab annis ſumere. Hac æſtimatione res præclara fuerit ebrietas, quæ est uetuſtiſſima: & ex priſcis uſque ſeculis in hanc ætatem deducta. Quin rem ipſam potius quam annales expendimus?

65 Si nouitas offendit, nos uetera inſtauramus, & nouitatem exſudimus? Nam poſterior est æditione, deprauatio. Si qui ſunt, qui non poſſunt mutare ſaliuam, quam à pueris imbiberunt, manet iſtis ſua uetus æditio, ſi uolunt, tum dilucidior, tum emendatior: ſi nolunt, eadem & ſui ſimilis. Si glandes iſtos obſtinate delectant, ſaltem ne inuideant ijs, qui tritico ueſci malunt.

66 Vtrum quæſo fas est, poſt ueteres aliquid inquirere, an non? Si fas non est, cur auſi ſunt Alexander ac Thomas, & poſt hos alij complures, totam Theologiæ faciem immutare? Si fas, cur noſtris obſtrepunt ſtudijs, præſertim cum & nullius iudicio præſcribant, & ueterum autoritate nitantur? Etenim ſi fas est inducere noua, multo magis fas est reuocare uetera.

67 Si nihil aliud quam codices noſtros emendaſſem ex Græcis exemplaribus, comprobãda erat induſtria, qui id conatus eſſem, quod Auguſtinus nõ uno in loco fieri iubet. Nunc nõ hoc cõtentus, ex orthodoxorũ cõmentarijs rem peto.

68 Vt donemus, nihil eſſe mẽdi in libris noſtris, tamẽ multis de cauſis oportebat ad fontes confugere, ob amphibologias, ob quædã obſcure reddita, ob Emphaſim Græcanicæ phraſeos, quæ ſæpenumero reddi non poteſt, ob gratiã idiomatis, quæ in uertendo non reſpondet.

69 Vt donemus Græcorũ libros æque deprauatos eſſe ac Latinos, tamẽ ex collatis exemplaribus æque deprauatis ſæpe deprehendit uera lectio: quod ſæpe

numero

Digitized by Google

numero fit,ut quod hic casu depraua tum est,in alio codice reperiatur integrum.

70 Augustinus in epistola LIX.non audet respondere,rogatus de sententia uersiculi cuiusdam ex psalmis,nisi consultis libris Græcis. Idem ueteris testamẽti nouiq; libros cum Græcis contulit, nimirum diffisus uulgatæ interpretationi.Id quantum habeat utilitatis in ueteri testamento uiderint alij,certe in nouo necessa rium est.Et nos nõ dubitamus de omnibus pronunciare,freti uulgatis codicib9: Idem multis locis docet lectionis synceritatẽ ex antiquiore lingua petendã esse hoc est ab ea,in quam primũ trãslatus est liber. Veluti cum hæretur in ueteri te stamento: iubet consuli Græcos codices,si quis Hebraïce nesciat,quod in hãc lin guam prius uersum sit uetus testamentum,quam in Latinam.

71 Hieronymus laudat studium mulierum Germanarũ,quæ Latinum psal terium cum Græco contulerint,cum id ab Hebræorum fontibus manarit: & nos absurdum putamus idem fieri in nouo testamẽto,quod totum, aut penè totum fluxit à Græcis:

72 Sed audio quosdam in totum abrogare fidem Græcorum libris,postea quam se semouerunt ab ecclesia Rhomana. Atqui eadẽ de causa,nõ est fidẽdum Hebræorum libris, quod illi sint infensissimi,non solũ Rhomano Pontifici, sed Christo,& Christianis omnibus.Et tamen Hieronymus illis fisus est id tempo ris,cum maxime fuisset tempestiuum deprauare,si quid deprauare uoluissent.

73 Si Græcis in animo fuisset deprauare codices suos, his potissimum locis deprauassent,in quibus à nobis dissentiunt,ueluti de processione spiritus, aut si quid aliud est eiusmodi,at in his nobis consentiunt.Nec ullus locus proferri po test,qui hoc nomine suspectus haberi possit.

74 Aristoteles apud nos habet autoritatẽ suam,cũ plus sit q; schismaticus, uidelicet à Christo alienissim9.Et Græcorũ uoluminib9 nulla erit apd nos fides:

75 Si olim deprauati fuut Græcorum codices, iam adhuc erant orthodoxi. Sin nuper à schismate,qui fit,ut horum codices cum ueterum libris consentiant: Nisi forte tam impudens erit aliquis,ut dicat,uniuersos codices,& interpretũ cõ mentarios simul esse uitiatos à schismaticis.

76 Ego magis suspicor,si quid deprauatũ est in Græcorũ libris,id à Latinis exẽplaribus fuisse,pfectũ,posteaq; Rhomana ecclesia cœpit absorbere Græciã.

77 Nec tota diuulsa est à nobis Græcia,Creta Christum agnoscit, agnoscit Rhomanum Pontificem,cur horum libris diffidimus: Et ab his potissimum no bis ueniunt exemplaria.

78 Risit olim Heluidiũ Hieronymus,qui sibi stultissime persuaserit, Græcos codices esse corruptos:ac dictum hominis stultius esse putat,q; ut sit argumentis refellendũ.Et tamẽ iam tum Oriens fermè omnis hæresibus feruebat Arriano rum & Origenistarũ. Ab ijs magis timẽdum erat exẽplaribus,q; à schismaticis:

79 Damnauit ecclesia quasdam Græcorum opiniones, codices Græcorum nunquam damnauit.Et cur nos damnamus,quod non damnauit ecclesia: Imò cur non habemus fidem his,quibus fidem haberi uoluit ecclesia:

Digitized by Google

80 Iam quod à quibuſdam ſtudium hoc noſtrum cõtemnitur, ut humile ac puerile, qui circa ſyllabas ac uoculas laborem, non ita ualde me mouet. Ego magnum arbitror, quicquid ad rem theologicam pertinet. Et cum non ignorarem, quantum reuerentiæ ſacris libris debebatur, mihi cõſcius ſumpſi, quod in eo mu nere uideretur infimum.

81 Sit hoc grammaticum, ſit puerile, ſit triuiale, modo fateantur eſſe neceſſari um, Vt nihil aliud doceam q̃ rectam lectionem, nimirũ turpe eſt hoc ipſum ne ſcire magnos Theologos. Et tamen hoc manifeſtius eſt, quam ut negari poſſit: poſteaq̃ hic lapſus deprehenditur Auguſtinus, lapſus Thomas, lapſus Lyren ſis, & Carrenſis: poſteaq̃ frequenter audiamus hos, qui concionantur in tẽplis, etiam thema, quod proponunt, perperam intellectum adducere.

82 Scrupi ſunt quamlibet minuti, ſed ad hos impingũt frequẽter οἱ τὸν κάλλιστον ὑπερφρονοῦντες. Si iuxta Chryſoſtomũ & Auguſtinum, articulus ὁ, hoc eſt minutiſ ſimum elementũ, additum aut omiſſum, ſenſum facit orthodoxũ, aut hæreticũ: ſi idem efficit hypoſtigme, non ſuo poſita loco: quid eſt, cur hæc ut minuta negli gamus, quæ tantum habent momenti?

83 Quanquam hæc minus negligenda uidebũtur, ſi quis periculum fecerit, quantis hæc minuta conſtent ſudoribus. Aut ſi quis aggrediatur tractare ſcriptu ram diuinã, & in ea, ſicut oportet, rimari curioſe ſingula. Vſu ſentitur utilitas, non tumultuaria lectione. Poſtremo deſinet contemnere, qui non unam aut alteram annotationem, ſed uniuerſum opus expenderit. Tu mihi ocioſus ac ſupinus hũc aut illum locum expendis, & uideris tibi copioſius ac doctius tractare potuiſſe. Poteram & ipſe, ſi decem modo fuiſſent excutiendi. In tot milibus hanc præſtare diligentiam difficillimum eſt.

84 Auguſtinũ nõ pœnitebat operæ ſuæ, cum huiuſmodi quædã annotaret in libros Pentateuchi, non ex fontibus Hebræorum, ſed ex Græcis uoluminib⁹. Is rẽ annotatu dignam duxit, quod in ſacris literis reperiat uerbũ multitudinis numero additum nomini, rem ſignificanti, quæ cõſtet ex multis. Quod genus eſt Dimitte populũ meũ, ut ſeruiãt mihi. Itẽ: Omnis terra adorẽt te. Præterea quod in hac oratione: Si interrogauerit te Eſau, dicens: Cuius es tu, & quò uadis, & cui⁹ hæc, quæ antecedunt te? Et dices, pueri tui Iacob: poſtremo loco redundet, cõiunctio, &. Rurſus quod in hoc ſermone: Tu autẽ teſtamentũ meum cõſeruabis, Cõ ſeruabis, poſitum ſit pro conſerua. Rurſum, quod hæc uerba, quæ ſunt in Leuiti co: ἀκάθαρτος ὤν, ἀκάθαρτος ἔσται: putat ad hunc modũ uerti poſſe, immundus exi ſtens, immundus erit. Et tamẽ participiũ exiſtens, nõ eſſe ab exiſtere, ſed ab eſſe, cum Græce ſit ὤν, quaſi dicas, eſſens. Præterea quod docet, mulierem dici, quæ uir go ſit, cũ Hebræam uocem neſciat, unde pendebat quæſtio. Itẽ quod ὄψιμον Græ cum, parũ Latine dicat ſerotinũ. Ad hæc tam puerilia nõ grauatus eſt deſcende re tantus epiſcopus. Quid ipſe Hieronymus, nonne quædã annotauit, quæ friuo la uideri poſſent, ſi quicq̃ omnino friuolum eſſet in ſacris libris? In epiſtolam ad Epheſios cap. 5. in Pauli uerbis: Propter hoc relinquet patrẽ & matrẽ &c. annota

uit,

Digitized by Google

uit, ἀντὶ τότου dictum, pro ἕνεκεν τότου, cum utraq; dictio probe quadret, & eũdem efficiat ſenſum: Vice uxoris relinques patrem & matrẽ, & cauſa uxoris relinques patrem ac matrem. Idem in epiſtolam ad Philemonem indicauit, ἀγαπητὸν magis ſonare diligibilem quam dilectum, qui Græce dicatur ἠγαπημένον. Iterum in epiſtolam ad Rhomanos: πάντι γὰρ ὅντι ὑμῖν, omni dictum eſſe pro omnibus, cum utroq; modo dicatur idem: quiſquis eſt inter uos, & omnibus qui ſunt inter uos. Iam uero quid cõmemorem, qualia ſint pleraq;, quæ Hieronymus annotauit in libello, quem de caſtigatione pſalterij ſcripſit ad Suniam & Fretelam.

85 Nullus igitur reprehendat, ſi argumento ſuſcepto reſpondeo. Mihi abunde ſatis eſt, ſi nullus ante me plus præſtitit in hoc ſcripti genere. Quid alij poſſint, aut præſtituri ſint, neſcio. Certe optarim exiſtere permultos, qui me prorſus obſcurarent. Imò uel reprehendi gaudebo, ſi quis induſtria ſua rem tam ſacrã, à nobis utcunque tentatam, adiuuerit. Abſit modo procacitas, quam fœdam & indecoram ſibi ducunt & Ethnici.

86 Meminerit is, qui reprehenſionem parat, ſe quoq; hominem eſſe, neq; minus labi poſſe reprehendendo, quam potuerit autor opis ſcribendo. Quanquam longe plus ueniæ debetur ei, qui prodeſſe ſtudens, in ingenti opere dormitauit alicubi, non aſſecutus, quod uoluit, quam ei, qui in alieno libro cupiens ingenioſus uideri, uenatur quod carpat, & tamen hoc ipſum perperam facit.

87 Sic oportet ad librũ legendũ accedere lectorẽ, ut ſolet ad cõuiuiũ cõuiua ciuilis. Cõuiuator annitit omnibus ſatisfacere: & tamẽ ſi quid apponit, qđ huius aut illius palato nõ reſpondeat, urbane uel diſſimulant, uel probant etiã, ne quid cõtriſtent cõuiuatorẽ. Quis enim eum cõuiuam ferat, qui tantũ hoc animo ueniat ad menſam, ut carpens quæ apponũtur, nec ueſcatur ipſe, nec alios ueſci ſinat?

88 Et tamen his quoq; reperias inciuiliores, qui palàm, qui ſine fine damnẽt ac lacerent opus, quod nunquàm legerint. Atq; hoc ſanè faciunt, qui ſe Chriſtianæ pietatis doctores profitentur, & religionis antiſtites: cum ſit pluſquàm ſycophanticum, damnare quod neſcias.

89 Nec intelligunt, quantũ abeſſe oporteat linguã ꝓphetici canis, quæ lingẽdo medet hulceribus: à lingua uiperæ aut aſpidis, cuius uenenum immedicabile. Nec cogitant, quantũ diſcriminis ſit inter hierophantam & ſycophantam.

90 Cum Theologorum ſcholæ, uec Scotum, nec Petrum Lombardum, nec Occam, nec Thomam, nec Auguſtinum, nec Ambroſiũ, nec Hieronymũ, nec Hilarium, nec Cyprianum, nec Chryſoſtomũ, nec Iohannem Damaſcenũ, nec Origenem, imò nec Petrum apoſtolũ prorſus ab errore liberent, & ab eo quidem errore, quem ſi tuearis, hæreticus ſis: cur noſtra tam iniquo legunt iudicio?

91 At ſummis illis, inquiunt, hoc ciuilitatis debetur, tibi non item. Imò quo magis præcelluerunt illi uel dignitate uel eruditiõe, hoc minus ueniæ debebatur. Neq; enim, opinor, iſti me inter uſq; adeo indoctos numerant, quos non oporteat quicq; omnino ſcribere.

92 Nomẽ hæreſeos quo grauius eſt, & inuiſius Chriſtianis auribus, hoc tur-

Digitized by Google

pius est,id temere cuiquã impingere.At isti nihil magis habent in promptu, nec dubitant hæresim iclamare,priusq; circumspiciant,qua de re loquantur.Et quẽadmodum uno sue grunniente grunniunt omnes,ita ad huius aut illius damorẽ omnes eiusdem factionis sodales uociferantur hæresim.

93 Ita ualde Christiani uideri uolunt,si in Christianum sint fortiter cõtumelioſi.Idq; quo possint impune,principum tyrannidi fauent,& Rhomano Pontifici semper adulantur,pessime interim de illo sentientes,cui putant quicquam esse charius,quàm quod ad Christi gloriam & gregis salutem pertinet.

94 Qui simpliciter errat,fraterne monendus est.Qui nihil aliud q; prodesse studuit,cum fauore & candore legendus est.At mirum q; isti sæuiunt,quo fastu, quo supercilio censuram agunt,frequenter ubi rem non intelligunt. Nam id accidisse,docere si libeat possim:qua re quid potest esse turpius?

95 Origenes aduersus Celsum plusq; hæreticũ,q totã Christi uitã indignissimis cõuicijs lacerarat,argumẽtis egit,nõ cõuicijs.Augustinus cũ Pascentio disputans,semp dariſſimũ uirũ appellat,cũ is iuxta Arrianorũ dogma negaret homusion patri filiũ.Cũ Pollẽtio,de diuortio sic disputat,ut nulla sit usq; hæreseos mẽtio.Ad Madaurẽses idololatras honorifice rescribit,fratres dilectissimos,& domi nos prædicabiles eos appellãs:nec grauat causam illorũ sibi cõmẽdatã adiuuare.

96 Inqsitorib⁹ hoc datũ est negocij,ut indices sint,nõ iudices:doctores,nõ syco phantæ:monitores,nõ calumniatores:fidei custodes,nõ sub fidei defendẽdæ præ

97 Hæresis nõ est,ubi nõ est ambitio,ubi nõ (textu tyrannidẽ affectantes. est malicia,ubi non est arrogantiæ comes pertinacia.Nec in quouis errore hæresis est,sed in ijs duntaxat,quæ proprie ad catholicam fidem pertinent.

98 Quàm iniquum est,impune impingere tantam contumeliam:nec uictori ullum præmium aut talio,nisi quod elapsus uidetur.

99 Christus ipse nõ extinguit linũ fumigans,nõ cõminuit baculũ fractũ: & nos ob humanũ lapsum, imò ob fastũ nostrũ alienam⁹ erecta feliciáq; ingenia.

100 An non turpissimum est,à magnis olim Theologis damnatas fuisse Pici Mirandulani cõdusiones,ut impias & hæreticas:quæ nũc ut Christianæ piæq; leguntur ab omnibus,non sine applausu Theologorum?

101 Iam sentio quosdã esse,qui carpẽdis aliorũ scriptis famã aucupant, cõpẽdiaria quidẽ,sed sceleratissima uia.Olim tibicen ille meliorẽ parandi subito nominis uiam monstrauit,ut doctis ac uulgo celebrib⁹ se probaret:qđ horũ suffragijs futurũ esset,ut à populo quoq; probaret.Quis autem genius malus hãc rationẽ cõmõstrauit?Ingerũt se trãsuersim in opus alienũ,& unũ aut alterũ locũ uellicãt, moxq; famã,quã alius cõplurium annorũ uigilijs sibi parauit,uno æquãt die,nec æquãt modo,uerũetiã superant.nã doctior habet,qui reprehẽsor ac censor est.

102 Quod hoc est ingratitudinis genus,totius operis laudem sibi uindicare, ob unum aut alterum locum castigatum, cum dissimulet interim,se tot locis fuisse adiutum?Perinde quasi,si quis donatus sexcentis aureis,unum alterumue ex ijs ὑπόχαλκον καὶ κίβδηλον fuisse damitet.

103.Si

103 Si detestandæ ingratitudinis est, beneficiũ acceptũ inficiari: quale uidebit', ꝙ gratis collato officio cõtumeliã reponere? Et si inciuilis habet', q donaticij equi dentes inspiciat: q̃lis habebit', q in ope necessario nihil aliud q̃rit, nisi qđ arrodat?

104 Si quis existat prorsus ἀναλφάβητος, & indoctus, qui pio quodã animi studio gratis concinnet, aut farciat codices euangelicos: nónne futurũ esset, ut omnes huius pietatem exoscularentur? Nónne huius hominis memoriam suis fastis inscriberẽt? Et in hoc officio, quod longe plus adfert utilitatis, & nobis non paulo pluris constat, tam sunt ingrati quidam.

105 Si quis donet istos nouo pallio, si quis accipiat cœna lautiore, si quis nummis aliquot donet: tantum non adorant, pietatem hominis ubiq; prædicant: sua merita, quibus abundant scilicet, illis impertiuntur. At hoc meo beneficio magis egebant, & oblatrant benemerenti.

106 Porrò quod obiter admonuimus quædam, quæ uidẽtur dissonare cum ijs, quæ publicitus recepta sunt in scholis, nec sine causa fecimus, nec odiose tamẽ. Fortassis expediret reipublicæ Christianæ plura conuelli, quæ nunc uelut oracula publicè docentur, cum priuatim fateantur se diuersum sentire.

107 Alius hoc agit, ut orbis sit Thomista: alius, ut Scotista. Quin illud potiꝰ agimus omnes, ut orbis sit Christianus?

108 Iam audeo iactare quosdam, à me permulta præterita, quæ forent annotatu digna. Primum illud lectorem admonitum esse uolo, me nõ persecutũ esse, quicquid in nouo testamento uideretur annotandum, sed ea dũtaxat, quæ ad lectionis synceritatem pertinent. Etiamsi hic quoq; multa prudentes omisimus, ne lectorem onerare mus. Quod si quis adijciat nostris, gratulabor etiã utilitati publicæ. Imò si à nobis alicubi dissentiet, modo id agat argumẽtis non conuitijs, ut erudito dignum est, non offendar. Argumenta possunt honeste refelli argumentis: conuicia conuicijs retaliare, turpe est: cum interim ferre sit molestum. Qui rationibus agit, simplex negocium & sibi sumit, & exhibet respõsuro. At qui contumelioſe dissentit, duplex sumit ac facessit negocium, geminumq; malũ accersit, dũ & famam lædit alienam, & sibi ipse maledicentiæ suspicionem conciliat.

109 Prodesse ut pulcherrimum est, ita difficillimum. Lædere ut facillimũ est, ita fœdissimũ. Cur hæc posterior pars pleriscq; magis placet? In altera se magnos declarent, qui famam affectant apud posteros, homine Christiano dignam.

110 Si qua mihi foret incantatio, qua possem nouum hoc aspidum genus sopire, non grauarer uti. Nunc quãdo id non datur: aduersus istorum uenenata sibila, bonorũ fauore, uelut antidoto, me consolor. Oblatrant, sed inter eruditos ferè nulli: cõplures ex eo hominũ genere, qui se deuouisse uidentur dijs manibus, si queant bonas literas, hoc est, omneis, quas ipsi non didicerunt, funditus extinguere. Nam negligendos, opinor, idiotas ex media uulgi fece, unà cum supstitiosis mulierculis: quos isti uel redemerunt ad uociferandũ, uel subornarunt. Aduersus horum maliciam, primũ omniũ me consolatur recta conscientia, & Christus agonotheta noster: deinde tot hominum iudicia, quorũ alios uitæ sanctimonia, alios insignis eruditio, alios fortunæ splendor, alios ecclesiastici muneris dignitas,

Digitized by Google

τε, τί ἐστιν ἔλεος θέλω, καὶ οὐ θυσίαν, οὐκ ἂν
κατεδικάσατε τοὺς ἀναιτίους. κύριος γάρ
ἐστι καὶ τοῦ σαββάτου ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. καὶ
μεταβὰς ἐκεῖθεν ἦλθεν εἰς τὴν συναγωγὴν
ιζ αὐτῶν, καὶ ἰδοὺ ἄνθρωπος ἦν, τὴν χεῖρα κα
β ἔχων ξηράν. καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν λέγον-
τες, εἰ ἔξεστι τοῖς σάββασι θεραπεύειν; ἵνα κα
τηγορήσωσιν αὐτοῦ. ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Τίς ἔσται
ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃς ἕξει πρόβατον ἕν, καὶ
ἐὰν ἐμπέσῃ τοῦτο τοῖς σάββασιν εἰς βόθυνον,
οὐχὶ κρατήσει αὐτὸ καὶ ἐγερεῖ; πόσῳ οὖν διαφέ-
ρει ἄνθρωπος προβάτου. ὥστε ἔξεστι τοῖς
σάββασι καλῶς ποιεῖν. τότε λέγει τῷ ἀν-
θρώπῳ, Ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου, καὶ ἐξέτεινε,
ιη καὶ ἀπεκατεστάθη ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη. οἱ δὲ
δ φαρισαῖοι ἐξελθόντες συμβούλιον ἔλαβον
κατ' αὐτοῦ, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσιν. ὁ δὲ
ι Ἰησοῦς γνοὺς, ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν, καὶ ἠκο-
λούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοί, καὶ ἐθεράπ-
ευσεν αὐτοὺς πάντας, καὶ ἐπετίμησεν αὐ-
τοῖς, ἵνα μὴ φανερὸν αὐτὸν ποιήσωσιν. ὅπως
πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου λέ
γοντος. ἰδοὺ ὁ παῖς μου ὃν ᾑρέτισα, ὁ ἀγα-
πητός μου εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου·
θήσω τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτόν, καὶ κρίσιν
τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγγελεῖ. οὐκ ἐρίσει, οὐδὲ κρα
γάσει, οὐδὲ ἀκούσει τις ἐν ταῖς πλατείαις
τὴν φωνὴν αὐτοῦ. κάλαμον συντετριμμένον
οὐ κατεάξει, καὶ λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει,
ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν, καὶ
τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσιν.

τότε

quod non licet facere in sabbato. Ille uero dixit eis: Non legistis quid fecerit Dauid, cum esuriret ipse, & qui erant cum illo? Quomodo ingressus sit in domum dei, & panes propositionis ederit, quos ipsi non licebat edere: neq; iis qui cum illo erant, nisi sacerdotibus solis. Aut non legistis in lege, quod sabbatis sacerdotes in templo sabbatum prophanant, & crimine uacant? Dico autem uobis, quod templo maior est hoc in loco. Quod si sciretis quid sit, Misericordiam uolo, & non sacrificium, nequaquàm condēnassetis insontes. Nam dominus est & sabbati, filius hominis. At progressus illinc, uenit in synagogam illorum, & ecce homo erat, manū habens aridam: & interrogabant illum, dicentes: Licét ne sabbatis curare? ut accusarent eū. At ille dixit eis: Quis erit ex uobis homo, qui habebit ouē unā, & si ea inciderit sabbatis in foueam, nónne apprehendet illam & eriget? Quanto igitur præstantior est homo oue? Licet igitur sabbatis beneficio afficere. Tunc dicit homini: Extende manum tuam: & is extendit ac restituta est sanitati, sicut altera. Porrò pharisæi egressi, ceperunt consilium aduersus eum, quomodo illum perderent. At Iesus ubi nouisset, secessit illinc, secutæq; sunt eum turbæ multæ, & sanauit eos omnes, & interminatus est illis, ne se facerent manifestum: ut compleretur quod dictum erat per Esaiam prophetam, qui ait: Ecce filius meus, quem elegi: dilectus meus, in quo sibi bene complacuit anima mea. Ponam spiritum meum super illum, & iudicium gentibus annunciabit. Non contendet, neque clamabit, neque audiet quisquàm in plateis uocem eius. arundinem comminutam, non confringet. & linū fumigans non extinguet, donec efficiat ad uictoriam iudicium: & in nomine illius gentes sperabunt.

Tunc

ρθ *Τότε προσηνέχθη αὐτῷ δαιμονιζόμενος κβ Tunc adductus est ad eum, qui dæmo-
ε τυφλὸς καὶ κωφός, καὶ ἐθεράπευσεν αὐτόν, nio agitabatur cæcus ac mutus, & sana-
ὥστε τὸν τυφλὸν καὶ κωφὸν, καὶ λαλεῖν καὶ uit illum, ita ut cæcus ac mutus & loque-
ρκ βλέπειν. * καὶ ἐξίσαντο πάντες οἱ ὄχλοι, καὶ retur & cerneret. Et obstupuerũt omnes
ζ ἔλεγον, μή τι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς Δαβίδ; * οἱ δὲ turbæ, dicebantq; Num hic est ille filius
ρκα φαρισαῖοι ἀκούσαντες εἶπον. οὗτος οὐκ ἐκ- Dauid? At pharisæi cum audissent dice-
β βάλλει τὰ δαιμόνια, εἰ μὴ ἐν τῷ Βεελζεβοὺλ bant: Hic non eijcit dæmonia, nisi præsi-
ἄρχοντι τῶν δαιμονίων. * Εἰδὼς δὲ ὁ Ἰησοῦς dio Beelzebul principis dæmoniorũ. Ie-
ρκβ β τὰς ἐνθυμήσεις αὐτῶν, εἶπεν αὐτοῖς. πᾶσα βα sus autem cum sciret cogitationes illorũ,
σιλεία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς, ἐρημοῦται. καὶ dixit illis: Omne regnũ diuisum aduer-
πᾶσα πόλις, ἢ οἰκία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς, sus seipsum desolatur, & omnis ciuitas, aut
οὐ σταθήσεται. καὶ εἰ ὁ Σατανᾶς τὸν Σατανᾶν ἐκ domus diuisa aduersus seipsam, non sta-
βάλλει, ἐφ' ἑαυτὸν ἐμερίσθη. πῶς οὖν σταθήσε- bit. Et si satanas satanam eijcit, aduersus
ται ἡ βασιλεία αὐτοῦ; καὶ εἰ ἐγὼ ἐν Βεελζε- seipsum diuisus est. Quomodo igit̃ sta-
βοὺλ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, οἱ υἱοὶ ὑμῶν, ἐν bit regnum illius? Et si ego præsidio Be-
τίνι ἐκβάλλουσιν; διὰ τοῦτο αὐτοὶ ὑμῶν ἔσον elzebul eijcio dæmonia, filij uestri cuius
ται κριταί. Εἰ δὲ ἐγὼ ἐν πνεύματι θεοῦ ἐκ- præsidio eijciunt? Propterea ipsi iudica-
βάλλω τὰ δαιμόνια, ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς bunt de uobis. Quod si spiritu dei ego
ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ. ἢ πῶς δύναταί τις εἰσελ eijcio dæmonia, ergo peruenit ad uos re
θεῖν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἰσχυροῦ, καὶ τὰ σκεύη gnum dei. Alioqui quomodo potest ali
αὐτοῦ διαρπάσαι, ἐὰν μὴ πρῶτον δήσῃ τὸν quis intrare domum potentis, & uasa il-
ἰσχυρὸν, καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπά lius diripere, nisi prius uinxerit potentẽ,
σει; ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ ἐστιν. καὶ ὁ & tunc domũ illius diripiet? Qui nõ est
ρκγ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ, σκορπίζει. * Διὰ τοῦ mecum, aduersum me est: & qui nõ con
β τοι λέγω ὑμῖν. πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφη gregat mecum, spargit. Propterea dico
μία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις, ἡ δὲ τοῦ πνεύ uobis: Omne peccatum & conuitium re
ματος βλασφημία, οὐκ ἀφεθήσεται τοῖς ἀν mittetur hominibus, at conuitium in spi
θρώποις. καὶ ὃς ἐὰν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ υἱοῦ ritum, nõ remittetur hominibus. Et qui-
τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ. ὃς δ' ἂν εἴ cunque dixerit uerbum aduersus filium
πῃ κατὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, οὐκ ἀφεθή hominis, remittetur illi. Qui autem dixe
σεται αὐτῷ, οὔτε ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι, οὔτε ἐν rit aduersus spiritum sanctum, non re-
ρκδ τῷ μέλλοντι. * Ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον κα mittetur ei, neque in præsenti seculo, ne-
ι λὸν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ καλόν, ἢ ποιήσα que in futuro. Aut facite arborem bonã,
τε τὸ δένδρον σαπρὸν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ & fructum eius bonum. aut facite arbo-
σαπρόν. ἐκ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γι rem uitiosam, & fructũ illius uitiosum.
νώσκεται. γεννήματα ἐχιδνῶν, πῶς δύνασθε Nam è fructu arbor agnoscitur. Proge-
ἀγαθὰ λαλεῖν πονηροὶ ὄντες; ἐκ γὰρ τοῦ πε nies uiperarum, quomodo potestis bo-
ρισσεύματος τῆς καρδίας τὸ στόμα λαλεῖ. na loqui, cum sitis mali? Siquidẽ ex abũ
ρκε * Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ dantia cordis os loquitur. Bonus homo
ε ἐκβάλλει τὰ ἀγαθά. καὶ ὁ πο è bono thesauro cordis, expromit bona:
νηρὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ, ἐκβάλ & malus homo ex malo thesauro depro

λει πονηρὰ c mit mala

κκς λεί πονηρά. * λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι πᾶν ῥῆμα
ἀργὸν ὃ ἐὰν λαλήσωσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀπο-
δώσουσι περὶ αὐτοῦ λόγον, ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως.
ἐκ γὰρ τῶν λόγων σου δικαιωθήσῃ, καὶ ἐκ τῶν
κζ λόγων σου καταδικασθήσῃ. * τότε ἀπεκρίθη-
σάν τινες τῶν γραμματέων καὶ φαρισαίων λέ-
κη γοντες. * Διδάσκαλε, θέλομεν ἀπό σουση-
μεῖον ἰδεῖν. * ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς.
γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλίς, σημεῖον ζητεῖ,
καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον
Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου. ὥσπερ γὰρ ἦν Ἰωνᾶς
ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας, καὶ τρεῖς
νύκτας, οὕτως ἔσται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ
καρδίᾳ τῆς γῆς, τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύ-
κτας. ἄνδρες Νινευῖται ἀναστήσονται ἐν τῇ κρί-
σει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινοῦ-
σιν αὐτήν, ὅτι μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰω-
νᾶ. καὶ ἰδοὺ πλεῖον Ἰωνᾶ ὧδε. βασίλισσα νό-
του ἐγερθήσεται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς γενε-
ᾶς ταύτης, καὶ κατακρινεῖ αὐτήν, ὅτι ἦλθεν
ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς ἀκοῦσαι τὴν σοφίαν
Σολομῶντος. καὶ ἰδοὺ πλεῖον Σολομῶντος
κθ ὧδε. * ὅταν δὲ τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα
ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, διέρχεται δι' ἀνύ-
δρων τόπων ζητοῦν ἀνάπαυσιν, καὶ οὐχ εὑ-
ρίσκει. τότε λέγει, ὑποστρέψω εἰς τὸν οἶκόν μου
ὅθεν ἐξῆλθον. καὶ ἐλθὼν εὑρίσκει σχολάζον-
τα, σεσαρωμένον καὶ κεκοσμημένον. τότε
πορεύεται καὶ παραλαμβάνει μεθ' ἑαυτοῦ
ἑπτὰ ἕτερα πνεύματα πονηρότερα ἑαυτοῦ,
καὶ εἰσελθόντα κατοικεῖ ἐκεῖ. καὶ γίνεται τὰ
ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου, χείρονα τῶν
πρώτων, οὕτως ἔσται καὶ τῇ γενεᾷ ταύτῃ τῇ
λ πονηρᾷ. * Ἔτι δὲ αὐτοῦ λαλοῦντος τοῖς
ὄχλοις, ἰδοὺ ἡ μήτηρ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ εἰ-
στήκεισαν ἔξω, ζητοῦντες αὐτῷ λαλῆσαι. εἶπε
δέ τις αὐτῷ. ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελ-
φοί σου, ἔξω ἑστήκασιν, ζητοῦντές σοι λαλῆ-
σαι. ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε τῷ εἰπόντι αὐ-
τῷ. τίς ἐστιν ἡ μήτηρ μου, καὶ τίνες εἰσὶν οἱ
ἀδελφοί μου; καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα αὐτοῦ
ἐπὶ τοὺς

mit mala. Sed dico uobis, quod de quo-
cunq; uerbo ocioso, quod locuti fuerint
homines, reddituri sunt rationem in die
iudicij. Nam ex dictis tuis iustificaberis,
& ex dictis tuis condemnaberis. Tunc in
terrogauerunt eum quidam è scribis ac
κγ pharisæis, dicentes: Præceptor, uolumus
ex te signum uidere. At ille respondẽs di
xit illis: Generatio praua & adultera si-
gnum quærit, & signum non dabitur il-
li, nisi signum Ionæ prophetæ. Quemad
modum enim fuit Ionas in uẽtre ceti tri-
bus diebus, ac tribus noctibus, sic erit fi-
lius hominis in corde terræ, tribus dieb⁹
& tribus noctibus. Viri Niniuitæ surgẽt
in iudicio, cum generatione hac, & con-
demnabũt eam, quod ipsi resipuerint ad
prædicationem Ionæ. Et ecce plus quàm
Ionas est hoc loco. Regina Austri surget
in iudicio cum generatione hac, & con-
demnabit eam, quod uenerit à finibus
terræ, ad audiendam sapientiam Solo-
monis. Et ecce plus quàm Solomon est
in hoc loco. Cum autem immundus spi-
ritus exierit ab homine, perambulat per
arentia loca, quærens requiem, & non in-
uenit. Tunc dicit, reuertar in domũ meã,
unde exiui: & cum uenerit, reperit eã ua-
cantem, & scopis purgatam, atque orna-
tam. Tunc abit, & adiungit sibi septem
alios spiritus sceleratiores se, & ingressis
inhabitat illic: & fiũt postrema hominis
illius, peiora primis: sic erit & generatio-
ni huic peruersæ. Cum autem adhuc lo-
queretur turbis, ecce mater & fratres eius
stabant foris, quærẽtes ei loqui. Dixit au
tem illi quidam: Ecce mater tua & fratres
tui foris stant, quærentes tibi loqui. At il
le respondens dixit ei, qui sibi renunci-
auerat: Quæ est mater mea, aut qui
sunt fratres mei? Et protensa manu suæ

in

Digitized by Google

ἐπὶ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, εἶπεν. ἰδοὺ ἡ μήτηρ μου, καὶ οἱ ἀδελφοί μου. ὅς γὰρ ἂν ποιήσῃ τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς, αὐτός μου ἀδελφὸς καὶ ἀδελφὴ καὶ μήτηρ ἐστίν. ρλα β * Ἐν δὲ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῆς οἰκίας, ἐκάθητο παρὰ τὴν θάλασσαν, καὶ συνήχθησαν πρὸς αὐτὸν ὄχλοι πολλοί, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον ἐμβάντα καθῆσθαι, καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν εἱστήκει. καὶ ἐλάλησεν αὐτοῖς πολλὰ ἐν παραβολαῖς λέγων. ἰδοὺ ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπείρειν, καὶ ἐν τῷ σπείρειν αὐτόν, ἃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδόν, καὶ ἦλθε τὰ πετεινὰ, καὶ κατέφαγεν αὐτά. ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὸ πετρῶδες, ὅπου οὐκ εἶχε γῆν πολλὴν, καὶ εὐθέως ἐξανέτειλε διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς. ἡλίου δὲ ἀνατείλαντος, ἐκαυματίσθη, καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν ῥίζαν, ἐξηράνθη. ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὰς ἀκάνθας, καὶ ἀνέβησαν αἱ ἄκανθαι, καὶ ἀπέπνιξαν αὐτά. ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλὴν, καὶ ἐδίδου καρπὸν, ὃ μὲν ἑκατόν, ὃ δὲ ἑξήκοντα, ὃ δὲ τριάκοντα. ὁ ἔχων ὦτα ἀκουέτω. καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ, εἶπον αὐτῷ. διὰ τί ἐν παραβολαῖς λαλεῖς αὐτοῖς; ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, ὅτι ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ἐκείνοις δὲ οὐ δέδοται, * ὃς γὰρ ἔχει, δοθήσεται αὐτῷ, καὶ περισσευθήσεται, ὃς δὲ οὐκ ἔχει, καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ. ρλγ α * Διὰ τοῦτο ἐν παραβολαῖς αὐτοῖς λαλῶ, ὅτι βλέποντες οὐ βλέπουσιν, καὶ ἀκούοντες οὐκ ἀκούουσιν, οὐδὲ συνίουσιν. καὶ ἀναπληροῦται ἐπ' αὐτοῖς ἡ προφητεία Ἡσαΐου ἡ λέγουσα. ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε, καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς

in diſcipulos ſuos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. Quiſquis enim fecerit uoluntatem patris mei, qui eſt in cœlis, ipſe meus frater & ſoror & mater eſt.

In die uero illo, egreſſus Ieſus è domo, ſedit iuxta mare, & congregatæ ſunt ad illum turbæ multæ, adeo ut ipſe nauim ingreſſus ſederet, & uniuerſa turba in littore ſtabat. Ac dicebat illis multa per ſimilitudines, dicens: Ecce exijt qui ſeminabat ad ſeminandum: & cum ſeminaret, alia quidem ceciderunt iuxta uiã, & uenerunt uolucres, ac deuorauerũt ea. Alia uero ceciderunt in loca ſaxoſa, ubi non habebãt multum terræ, & protinus exorta ſunt, propterea quod non haberent profunditatem terræ: cum autẽ exortus eſſet ſol, exuſta ſunt: & quia nõ habebant radicem, exaruerunt. Alia rurſus ceciderunt in ſpinas, & inſurrexerũt ſpinæ, & ſuffocauerunt ea. Alia uero ceciderũt in terram bonam, & dederunt fructum: aliud quidem centuplum, aliud uero ſexagecuplum, aliud uero trigecuplũ. Qui habet aures ad audiendũ, audiat. Et adeuntes diſcipuli, dixerũt illi: Quare per parabolas loqueris illis? At ille reſpondens dixit eis: Vobis datum eſt noſſe myſteria regni cœlorum, illis autem non eſt datum. Quiſquis enim habet, dabitur illi, & reddetur abundantior. Quiſquis autẽ non habet, etiam illud quod habet, tolletur ab eo. Propterea p parabolas loquor illis: quia uidentes non uident, & audientes non audiunt, nec intelligunt. Et completur in illis prophetia Eſaiæ, quæ dicit: Auribus audietis, & non intelligetis: & uidentes uidebitis, & non cernetis. Incraſſatum eſt enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos occuluerunt, ne quando uiderent

XIII

κδ

Digitized by Google

ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι, καὶ τῇ
καρδίᾳ συνῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰά-
σωμαι αὐτούς. * ὑμῶν δὲ μακάριοι οἱ ὀφ-
θαλμοί, ὅτι βλέπουσι, καὶ τὰ ὦτα ὑμῶν,
ὅτι ἀκούει. ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ὅτι πολ-
λοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν
ἃ βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον, καὶ ἀκοῦσαι ἃ
ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν. * ὑμεῖς οὖν
ἀκούσατε τὴν παραβολὴν τοῦ σπείροντος.
παντὸς ἀκούοντος τὸν λόγον τῆς βασιλεί-
ας, καὶ μὴ συνιέντος, ἔρχεται ὁ πονηρὸς,
καὶ ἁρπάζει τὸ ἐσπαρμένον ἐν τῇ καρδίᾳ
αὐτοῦ. οὗτός ἐστι ὁ παρὰ τὴν ὁδὸν σπα-
ρείς. ὁ δὲ ἐπὶ τὰ πετρώδη σπαρείς, οὗτός
ἐστιν, ὁ τὸν λόγον ἀκούων, καὶ εὐθὺς με-
τὰ χαρᾶς λαμβάνων αὐτόν, οὐκ ἔχει δὲ
ῥίζαν ἐν ἑαυτῷ, ἀλλὰ πρόσκαιρός ἐστιν.
γενομένης δὲ θλίψεως ἢ διωγμοῦ διὰ τὸν
λόγον, εὐθὺς σκανδαλίζεται. ὁ δὲ εἰς τὰς
ἀκάνθας σπαρείς, οὗτός ἐστιν, ὁ τὸν λόγον
ἀκούων, καὶ ἡ μέριμνα τοῦ αἰῶνος τούτου,
καὶ ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου συμπνίγει τὸν
λόγον, καὶ ἄκαρπος γίνεται. ὁ δὲ ἐπὶ
τὴν καλὴν γῆν σπαρείς, οὗτός ἐστιν, ὁ τὸν
λόγον ἀκούων καὶ συνιῶν, ὃς δὴ καρπο-
φορεῖ καὶ ποιεῖ, ὁ μὲν ἑκατόν, ὁ δὲ ἑξή-
κοντα, ὁ δὲ τριάκοντα. * Ἄλλην παρα-
βολὴν παρέθηκεν αὐτοῖς, λέγων. ὡμοιώ-
θη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ σπεί-
ροντι καλὸν σπέρμα ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ,
ἐν δὲ τῷ καθεύδειν τοὺς ἀνθρώπους ἦλ-
θεν αὐτοῦ ὁ ἐχθρὸς, καὶ ἔσπειρε ζιζάνια
ἀνὰ μέσον τοῦ σίτου, καὶ ἀπῆλθεν. ὅτε
δὲ ἐβλάστησεν ὁ χόρτος, καὶ καρπὸν ἐ-
ποίησε, τότε ἐφάνη καὶ τὰ ζιζάνια. προσελ
θόντες δὲ οἱ δοῦλοι τοῦ οἰκοδεσπότου, εἶ-
πον αὐτῷ· κύριε, οὐχὶ καλὸν σπέρμα ἔ-
σπειρας ἐν τῷ σῷ ἀγρῷ; πόθεν οὖν ἔχει
τὰ ζιζάνια; ὁ δὲ ἔφη αὐτοῖς, ἐχθρὸς ἄνθρω-
πος τοῦτο ἐποίησεν. οἱ δὲ δοῦλοι εἶπον
αὐτῷ· θέλεις οὖν ἀπελθόντες συλλέξω-
μεν

oculis, & auribus audirent, & corde intelligerent, & conuertantur, & sanem illos. Vestri uero beati sunt oculi, quia uident: & aures uestræ, quia audiunt. Amē enim dico uobis, quod multi prophetæ & iusti desiderauerunt uidere quæ uidetis, & non uiderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Vos igitur audite parabolam seminantis. Cum quiuis audit sermonem regni, & non intelligit, uenit ille malus, & rapit id quod seminatum est in corde illius: hic est qui iuxta uiam seminatus fuit. At qui in petricosa semē iactum exceperat, hic est, qui uerbum audit, ac protinus cum gaudio accipit illud: uerum non habet radicem in semet ipso, sed temporarius est. Porrò cum inciderit afflictio, aut persecutio propter sermonem, continuo offenditur. At qui in spinas semen exceperat, hic est, qui uerbum audit: & cura seculi huius, deceptióque diuitiarum suffocat sermonem, & infrugifer redditur. Cæterum qui in terram bonam excepit semen, hic est, qui sermonem audit & intelligit, qui denique fructum quoque reddit ac facit, alius quidem centuplum, alius uero sexagecuplum, alius uero trigecuplum. Aliam parabolam proposuit eis, dicens: Assimilatum est regnum cœlorum homini seminanti bonum semen in agro suo: sed dormientibus hominibus uenit illius inimicus, & seminauit zizania inter triticum, abiitq; Cum autē germinasset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autē serui patrisfamiliâs, dixerūt illi: Domine, nónne bonum semē seminaras in tuo agro? unde igitur habet zizania? Ille uero dixit illis: Inimicus homo hoc fecit. Serui autē dixerunt illi: Vis igit' abeamus & colliga

mus

Digitized by Google

μεν αὐτά; ὁ δὲ ἔφη. οὒ, μή ποτε συλλέγοντες τὰ ζιζάνια, ἐκριζώσητε ἅμα αὐτοῖς τὸν σῖτον, ἄφετε συναυξάνεσθαι ἀμφότερα μέχρι τοῦ θερισμοῦ, καὶ ἐν καιρῷ τοῦ θερισμοῦ, ἐρῶ τοῖς θερισταῖς. συλλέξατε πρῶτον τὰ ζιζάνια, καὶ δήσατε αὐτὰ εἰς δέσμας πρὸς τὸ κατακαῦσαι αὐτά. τὸν δὲ σῖτον συναγάγετε εἰς τὴν ἀποθήκην μου. * Ἄλλην παραβολὴν παρέθηκεν αὐτοῖς, λέγων. Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν κόκκῳ σινάπεως, ὃν λαβὼν ἄνθρωπος ἔσπειρεν ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ, ὃ μικρότερον μέν ἐστι πάντων τῶν σπερμάτων. ὅταν δὲ αὐξηθῇ μεῖζον τῶν λαχάνων ἐστί. καὶ γίνεται δένδρον, ὥστε ἐλθεῖν τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατασκηνοῦν ἐν τοῖς κλάδοις αὐτοῦ. * Ἄλλην παραβολὴν ἐλάλησεν αὐτοῖς. Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ζύμῃ, ἣν λαβοῦσα γυνὴ ἐνέκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον. * Ταῦτα πάντα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς ἐν παραβολαῖς τοῖς ὄχλοις, καὶ χωρὶς παραβολῆς οὐκ ἐλάλει αὐτοῖς, ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος. ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου, ἐρεύξομαι ἀποκεκρυμμένα ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. * Τότε ἀφεὶς τοὺς ὄχλους, ἦλθεν εἰς τὴν οἰκίαν ὁ Ἰησοῦς. καὶ προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες, φράσον ἡμῖν τὴν παραβολὴν τῶν ζιζανίων τοῦ ἀγροῦ. ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς. ὁ σπείρων τὸ καλὸν σπέρμα, ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. ὁ δὲ ἀγρός ἐστιν ὁ κόσμος. τὸ δὲ καλὸν σπέρμα, οὗτοί εἰσιν οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας. τὰ δὲ ζιζάνιά εἰσιν οἱ υἱοὶ τοῦ πονηροῦ. ὁ δὲ ἐχθρὸς ὁ σπείρων αὐτά ἐστιν ὁ διάβολος. ὁ δὲ θερισμὸς συντέλεια τοῦ αἰῶνός ἐστιν. οἱ δὲ θερισταὶ ἄγγελοί εἰσιν. ὥσπερ οὖν συλλέγεται τὰ ζιζάνια, καὶ πυρὶ καίεται, οὕτως ἔσται ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος τούτου. ἀποστελεῖ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ συλλέξουσιν ἐκ τῆς βασιλείας

mus ea? At ille dixit. Non, ne dum colligitis zizania, eradicetis simul cum illis & triticum: sinite pariter crescere utraque usque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania, & colligate ea in fasciculos ad comburendum ea: triticum uero congregate in horreum meum. Aliam parabolam proposuit eis, dicēs: Simile est regnum cœlorum grano sinapis, quod acceptum homo seminauit in agro suo, quod minimū est omnium seminum. Cæterum ubi excreuerit maximum est inter holera, & fit arbor, adeo ut ueniant uolucres cœli, & nidulentur in ramis illius. Aliam parabolam dixit illis: Simile est regnū cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondidit in farinæ satis tribus, donec fermentaretur totum. Hæc omnia locutus est Iesus per parabolas ad turbas, & sine parabola nihil locutus est illis: ut compleretur quod dictum fuerat per prophetam, qui ait: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione mundi. Tunc dimissis turbis, uenit in domum Iesus, & accesserunt ad illum discipuli eius, dicentes: Explica nobis parabolam zizaniorum agri. At ille respondens, dixit illis: Qui seminat bonum semen, est filius hominis: ager autem est mundus. Porrò bonum semen, ij sunt filij regni: zizania uero sunt, filij illius mali: inimicus autem qui seminat ea, est diabolus: messis uero, consummatio seculi est: messores autem, angeli sunt. Sicut igitur colliguntur zizania, & igni comburuntur, sic erit in consummatione seculi huius. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent

ἐκ τῆς βασιλείας αὐτοῦ πάντα τὰ σκάνδαλα, καὶ τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν, καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός. ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. τότε οἱ δίκαιοι ἐκλάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρὸς αὐτῶν. ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω. πάλιν ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν θησαυρῷ κεκρυμμένῳ ἐν τῷ ἀγρῷ, ὃν εὑρὼν ἄνθρωπος ἔκρυψεν, καὶ ἀπὸ τῆς χαρᾶς αὐτοῦ ὑπάγει, καὶ πάντα ὅσα ἔχει πωλεῖ, καὶ ἀγοράζει τὸν ἀγρὸν ἐκεῖνον. πάλιν ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ ἐμπόρῳ, ζητοῦντι καλοὺς μαργαρίτας, ὃς εὑρὼν ἕνα πολύτιμον μαργαρίτην, ἀπελθὼν πέπρακε πάντα ὅσα εἶχεν, καὶ ἠγόρασεν αὐτόν. πάλιν ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν σαγήνῃ βληθείσῃ εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἐκ παντὸς γένους συναγαγούσῃ, ἣν ὅτε ἐπληρώθη ἀναβιβάσαντες ἐπὶ τὸν αἰγιαλόν, καὶ καθίσαντες συνέλεξαν τὰ καλὰ εἰς ἀγγεῖα, τὰ δὲ σαπρὰ ἔξω ἔβαλον. οὕτως ἔσται ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος. ἐξελεύσονται οἱ ἄγγελοι, καὶ ἀφορίσουσι τοὺς πονηροὺς ἐκ μέσου τῶν δικαίων, καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός, ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς. συνήκατε ταῦτα πάντα; λέγουσιν αὐτῷ, ναὶ κύριε. ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς. διὰ τοῦτο πᾶς γραμματεὺς μαθητευθεὶς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιά.

— γμα α

* Καὶ ἐγένετο, ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τὰς παραβολὰς ταύτας, μετῆρεν ἐκεῖθεν. καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν πατρίδα αὐτοῦ, ἐδίδασκεν αὐτοὺς ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν, ὥστε ἐκπλήσσεσθαι αὐτοὺς καὶ λέγειν. πόθεν τούτῳ ἡ σοφία αὕτη καὶ αἱ δυνάμεις; οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τέκτονος υἱός; οὐχὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ λέγεται Μαριάμ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ Ἰάκωβος καὶ Ἰωσῆς καὶ Σίμων καὶ Ἰού-

δας

è regno illius omnia offendicula, & eos qui patrant iniquitatem, ac mittent illos in caminum ignis: ibi erit ploratus, stridórque dentium. Tunc iusti fulgebunt ut sol in regno patris sui. Qui habet aures ad audiendum, audiat. Rursum, simile est regnum cœlorum thesauro absconso in agro, quem repertum homo abscondidit: & præ gaudio quod habet super eo, abit: & omnia quæcunque habet, uendit, ac mercatur agrum illum. Rursum, simile est regnum cœlorum homini negociatori, quærēti pulchras margaritas: qui cum inuenerit unam preciosam margaritam, abiens uendidit omnia quæ possidebat, & mercatus est illam. Rursum, simile est regnum cœlorum uerriculo iacto in mare, & ex omni genere contrahenti: quod cum impletum fuisset, subduxerunt in littus: & sedentes collegerunt quæ bona sunt in uasa: quæ uero mala, foras abiecerunt. Si futurum est in consummatione seculi: uenient angeli, & segregabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis, illic erit ploratus & stridor dentium. Dicit illis Iesus: Intellexistis hæc omnia? Dicūt illi: Etiam domine. At ille dixit illis: Propterea omnis scriba doctus ad regnum cœlorum, similis est homini patrifamiliâs, qui depromit è thesauro suo noua & uetera. Et factum est, ut cum finisset Iesus sermones hos, digrederetur illinc. Et cum uenisset in patriam suam, docuit in synagoga illorum, ita ut stuperent ac dicerent: Vnde huic sapientia hæc & uirtutes? Nónne hic est ille fabri filius? Nónne mater eius uocatur Mariā, & fratres eius Iacobus & Ioses & Simon & Iudas

δας; καὶ αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ οὐχὶ πᾶσαι πρὸς ὑμᾶς εἰσιν; πόθεν οὖν τούτῳ ταῦτα πάντα; καὶ ἐσκανδαλίζοντο ἐν αὐτῷ.

ρμβ α *Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς. Οὐκ ἔστι προφήτης ἄτιμος εἰ μὴ ἐν τῇ πατρίδι αὐτου, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτου. καὶ οὐκ ἐποίησεν ἐκεῖ δυνάμεις πολλὰς διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν.

ρμγ β *Ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἤκουσεν Ἡρῴδης ὁ τετράρχης τὴν ἀκοὴν Ἰησοῦ, καὶ εἶπεν τοῖς παισὶν αὐτου, οὗτός ἐστιν Ἰωάννης ὁ βαπτιστής, αὐτὸς ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν, καὶ διὰ τοῦτο αἱ δυνάμεις ἐνεργοῦσιν ἐν αὐτῷ.

ρμδ β *Ὁ γὰρ Ἡρῴδης κρατήσας τὸν Ἰωάννην ἔδησεν αὐτὸν, καὶ ἔθετο εἰς φυλακὴν διὰ Ἡρῳδιάδα τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτου. ἔλεγε γὰρ αὐτῷ ὁ Ἰωάννης. Οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν αὐτήν. καὶ θέλων αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ἐφοβήθη τὸν ὄχλον, ὅτι ὡς προφήτην αὐτὸν εἶχον.

ρμε s *Γενεσίοις δὲ ἀγομένοις τοῦ Ἡρῴδου, ὠρχήσατο ἡ θυγάτηρ τῆς Ἡρωδιάδος ἐν τῷ μέσῳ, καὶ ἤρεσε τῷ Ἡρῴδῃ. ὅθεν μετ' ὅρκου ὡμολόγησεν, αὐτῇ δοῦναι ὃ ἐὰν αἰτήσηται. ἡ δὲ προβιβασθεῖσα ὑπὸ τῆς μητρὸς αὐτῆς. Δός μοι φησὶν ὧδε ἐπὶ πίνακι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ. καὶ ἐλυπήθη ὁ βασιλεύς. διὰ δὲ τοὺς ὅρκους, καὶ τοὺς συνανακειμένους ἐκέλευσε δοθῆναι αὐτῇ. καὶ πέμψας ἀπεκεφάλισεν τὸν Ἰωάννην ἐν τῇ φυλακῇ, καὶ ἠνέχθη ἡ κεφαλὴ αὐτου ἐπὶ πίνακι, καὶ ἐδόθη τῷ κορασίῳ, καὶ ἤνεγκε τῇ μητρὶ αὐτῆς. καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτου, ἦραν τὸ σῶμα, καὶ ἔθαψαν αὐτό, καὶ ἐλθόντες ἀπήγγειλαν τῷ Ἰησοῦ. * Καὶ ἀκούσας ὁ Ἰησοῦς, ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν ἐν πλοίῳ εἰς ἔρημον τόπον κατ' ἰδίαν. καὶ ἀκούσαντες οἱ ὄχλοι, ἠκολούθησαν αὐτῷ πεζῇ ἀπὸ τῶν πόλεων. καὶ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς εἶδεν πολὺν ὄχλον, καὶ ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτοῖς, καὶ ἐθεράπευσε τοὺς ἀρρώστους αὐτῶν. * Ὀψίας δὲ γενομένης,

ρμς γ

ρμζ α

προσῆλθον

das? & ſorores illi9 nónne omnes apud nos ſunt? Vnde igitur huic hæc omnia? Et offendebãtur ſuper eo. Ieſus autem dixit illis: Non eſt propheta expers honoris, niſi in patria ſua, & domo ſua. Et nõ ædidit illic uirtutes multas propter incredulitatem illorum.

κδ In illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam Ieſu, & dixit famulis ſuis: Hic eſt Iohãnes Baptiſta, is ſurrexit à mortuis, & ideo uirtutes agũt in illo. Nam Herodes ceperat Iohannem & uinexat, ac poſuerat in carcere propter Herodiadem uxorem Philippi fratris ſui. Dicebat enim illi Iohannes: Non licet tibi habere eam. Et cum uellet eum occidere, metuebat multitudinem, propterea quod illum ceu prophetam habebant. Cum autem celebraretur natalis Herodis, ſaltabat filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi. Vnde cũ iureiurando pollicitus eſt, ſe daturũ illi quicqd peteret. At illa prius inſtructa à matre ſua: Da mihi, inquit, hic in patina caput Iohannis baptiſtæ. Et indoluit rex: attamen propter iuſiurandum & eos qui ſimul accumbebant iuſſit ei dari: & miſſis carnificibus, amputauit caput Iohãnis in carcere: & allatum eſt caput eius in patina, datumq; eſt puellæ, atq; illa obtulit matri ſuæ. Et acceſſerunt diſcipuli eius, & ſuſtulerũt corpus, ac ſepelierunt illud: abieruntq; & renũciarunt Ieſu. Id cum audiſſet Ieſus, ſeceſſit illinc in naui ad deſertum locũ ſeorſim. Et cum audiſſent turbæ, ſecutæ ſunt illum itinere pedeſtri relictis urbibus. Et egreſſus Ieſus uidit multam turbam: & tactus eſt affectu miſericordiæ erga illos, ſanauitq; ex illis qui maleualebant. Porrò cum appetiſſet ueſpera,

c 4 adierunt

προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες. ἔρημός ἐστιν ὁ τόπος, καὶ ἤδη ὥρα παρῆλθεν, ἀπόλυσον τοὺς ὄχλους, ἵνα ἀπελθόντες εἰς τὰς κώμας, ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς βρώματα. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔφη αὐτοῖς. οὐ χρείαν ἔχουσιν ἀπελθεῖν, δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν. οἱ δὲ λέγουσιν αὐτῷ. οὐκ ἔχομεν ὧδε εἰ μὴ πέντε ἄρτους, καὶ δύο ἰχθύας. ὁ δὲ εἶπεν. φέρετέ μοι αὐτοὺς ὧδε. καὶ κελεύσας τοὺς ὄχλους ἀνακλιθῆναι ἐπὶ τοὺς χόρτους, καὶ λαβὼν τοὺς πέντε ἄρτους καὶ τοὺς δύο ἰχθύας, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εὐλόγησεν, καὶ κλάσας, ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς τοὺς ἄρτους, οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ὄχλοις. καὶ ἔφαγον πάντες, καὶ ἐχορτάσθησαν. καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων, δώδεκα κοφίνους πλήρεις. οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν ἄνδρες ὡσεὶ πεντακισχίλιοι χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων. * καὶ εὐθέως ἠνάγκασεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ἐμβῆναι εἰς τὸ πλοῖον, καὶ προάγειν αὐτὸν εἰς τὸ πέραν, ἕως οὗ ἀπολύσῃ τοὺς ὄχλους. * καὶ ἀπολύσας τοὺς ὄχλους, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος κατ' ἰδίαν προσεύξασθαι. * ὀψίας δὲ γενομένης, μόνος ἦν ἐκεῖ. τὸ δὲ πλοῖον ἤδη μέσον τῆς θαλάσσης ἦν, βασανιζόμενον ὑπὸ τῶν κυμάτων, ἦν γὰρ ἐναντίος ὁ ἄνεμος, τετάρτῃ δὲ φυλακῇ τῆς νυκτὸς ἀπῆλθε πρὸς αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς, περιπατῶν ἐπὶ τὴν θάλασσαν. καὶ ἰδόντες αὐτὸν οἱ μαθηταὶ ἐπὶ τὴν θάλασσαν περιπατοῦντα, ἐταράχθησαν, λέγοντες, ὅτι φάντασμά ἐστιν. καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου ἔκραξαν. εὐθέως δὲ ἐλάλησεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, λέγων, θαρσεῖτε ἐγώ εἰμι, μὴ φοβεῖσθε. * ἀποκριθεὶς δὲ αὐτῷ ὁ Πέτρος, εἶπεν. κύριε, εἰ σὺ εἶ, κέλευσόν με πρός σε ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ ὕδατα. ὁ δὲ εἶπεν, ἐλθέ. καὶ καταβὰς ἀπὸ τοῦ πλοίου ὁ Πέτρος, περιεπάτησεν ἐπὶ τὰ ὕδατα, ἐλθεῖν πρὸς τὸν Ἰησοῦν. βλέπων δὲ τὸν ἄνεμον ἰσχυρὸν, ἐφοβήθη, καὶ ἀρξάμενος καταποντίζεσθαι ἔκραξε

κς. adierunt eum discipuli ipsius, dicentes: Desertus est locus. & hora iam praeterijt, Dimitte turbas, ut abeant in uicos, & emant sibi cibaria. At Iesus dixit illis: Non est illis necesse ut abeant, date illis uos quod edant. At illi dicunt ei: Non habemus hic nisi quinq; panes, & duos pisces. Ille uero dixit: Afferte mihi illos huc. Et iussis turbis discumbere super gramina, sumptisque quinque panibus, ac duobus piscibus, sublatis in cœlum oculis, benedixit. Et cum fregisset, dedit discipulis panes, discipuli uero turbis. Et comederunt omnes, & saturati sunt: & sustulerunt quod superfuerat de fragmentis, duodecim cophinos plenos. Porrò qui comederant fuere uiri fermè quinquies mille, praeter mulieres ac pueros. Et statim compulit Iesus discipulos suos, ut conscenderent nauim, & praecederent se in ripam ulteriorem, donec dimisisset turbas. Ac dimissis turbis, ascēdit in montem solus ad orādum. Cum autem aduenisset uespera, solus erat illic. Cæterū nauis iam in medio maris erat, & afflictabatur ab undis, nam uētus erat aduersus. Quarta autē noctis uigilia abiit ad illos Iesus, ambulans super mare: & ubi uidissent eum discipuli super mare ambulantem, turbati sunt, dicentes: Spectrum est, ac præ metu exclamauerūt: sed statim locutus est illis Iesus, dicens: Bono animo este, Ego sum, ne terreamini. Respondēs autem illi Petrus, dixit: Domine, si tu es, iubeto me ad te uenire super aquas. At ille dixit: Veni. Et cū descendisset è naui Petrus, ambulabat super aquas, ut iret ad Iesum. Cæterum cum uideret uentum ualidum, territus est: & cum cœpisset demergi, clamauit

κζ.

ἔκραξε

ἔκραξε λέγων. κύριε σῶσόν με. εὐθέως δὲ ὁ
Ἰησοῦς ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἐπελάβετο αὐ-
τοῦ, καὶ εἶπεν αὐτῷ. ὀλιγόπιστε, εἰς τί ἐδί-
ρμβ σασας; * καὶ ἐμβάντων αὐτῶν εἰς τὸ πλοῖον,
ς ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος. οἱ δὲ ἐν τῷ πλοίῳ,
ἐλθόντες προσεκύνησαν αὐτῷ, λέγοντες,
ρμγ ἀληθῶς θεοῦ υἱὸς εἶ. * καὶ διαπεράσαντες,
β ἦλθον εἰς τὴν γῆν γεννησαρέτ. καὶ ἐπι-
γνόντες αὐτὸν οἱ ἄνδρες τοῦ τόπου ἐκείνου,
ἀπέστειλαν εἰς ὅλην τὴν περίχωρον ἐκείνην,
καὶ προσήνεγκαν αὐτῷ πάντας τοὺς κακῶς
ἔχοντας, καὶ παρεκάλουν αὐτὸν, ἵνα μόνον
ἅψωνται τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ,
ρμδ καὶ ὅσοι ἥψαντο, διεσώθησαν. * τότε προ-
ς σέρχονται τῷ Ἰησοῦ οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων
γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι, λέγοντες. διὰ
τί οἱ μαθηταί σου παραβαίνουσι τὴν πα-
ράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων; οὐ γὰρ νίπτον-
ται τὰς χεῖρας αὐτῶν, ὅταν ἄρτον ἐσθίω-
σιν. ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς. διὰ τί
καὶ ὑμεῖς παραβαίνετε τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ
διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν; ὁ γὰρ θεὸς ἐνε-
τείλατο, λέγων. τίμα τὸν πατέρα καὶ
τὴν μητέρα. καὶ ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ
μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω. ὑμεῖς δὲ λέ-
γετε. ὃς ἂν εἴπῃ τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρὶ,
δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, καὶ οὐ
μὴ τιμήσει τὸν πατέρα αὐτοῦ ἢ τὴν μητέ-
ρα αὐτοῦ. καὶ ἠκυρώσατε τὴν ἐντολὴν τοῦ
θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν. ὑποκριταί,
καλῶς προεφήτευσε περὶ ὑμῶν Ἡσαΐας, λέ-
γων. Ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος τῷ στόματι
αὐτῶν, καὶ τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία
αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ, μάτην δὲ
σέβονταί με, διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐν-
τάλματα ἀνθρώπων. καὶ προσκαλεσάμε-
νος τὸν ὄχλον, εἶπεν αὐτοῖς. ἀκούετε καὶ συ-
νίετε. οὐ τὸ εἰσερχόμενον εἰς τὸ στόμα κοινοῖ
τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸ ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ
ρμε στόματος, τοῦτο κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον. * τότε
ι προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, εἶπον αὐτῷ.
οἶδας

clamauit, dicēs: Domine, ſerua me. Continuo autem Ieſus extenta manu, apprehendit eum, & dixit illi: Exigua fiducia prædite, cur hæſitabas? Et cum eſſent ingreſſi nauim, conquieuit uentus. Porrò qui erant in nauí, acceſſerunt & adoraue runt eum, dicentes: Vere dei filius es. Et cum traieciſſent, uenerunt in terrā Genneſareth. Et cum agnouiſſent illum uiri loci illius, emiſerūt nuncios in totam undiq; finitimam regionem illam, & obtulerunt illi omnes male habentes: & obſecrabant eum, ut tantum tangerēt fimbriam ueſtimēti ipſius: & quotquot tetigiſſent, ſalui facti ſunt.

Tunc accedunt ad Ieſum, qui ab Hie- xv
roſolymis uenerāt, ſcribæ & phariſæi, dicentes: Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditionem ſeniorum? Non em̄ abluunt manus ſuas, cum edūt panem. At ille reſpondens, dixit eis: Quare & uos tranſgredimini præceptū dei propter traditionem ueſtram? Nam deus præcepit, dicens: Honora patrem & matrē. Et qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicunq; dixerit patri aut matri: quicquid doni à me profecturū erat, id in tuum uertitur commodum: & non honorabit patrem ſuū, aut matrem ſuam: & irritum feciſtis præceptum dei propter traditionem ueſtrā. Hypocritæ, recte de uobis prædixit Eſaías, dicens: Appropinquat mihi populus hic ore ſuo, & labijs me honorat, cæterū cor eorum procul abeſt à me: ſed fruſtra me colunt, docentes doctrinas, præcepta hominū. Et aduocatis ad ſe turbis, dixit eis: Audite & intelligite. Nō quod ingreditᷣ in os, impurat hominē, ſed qđ egreditᷣ ex ore, hoc impurū reddit hominē. Tūc accedētes diſcipuli eius, dixerūt illi:

Noſti

οἶδας ὅτι οἱ φαρισαῖοι ἀκούσαντες τὸν λόγον ἐσκανδαλίσθησαν; ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν· πᾶσα φυτεία, ἣν οὐκ ἐφύτευσε πατήρ μου ὁ οὐράνιος, ἐκριζωθήσεται. * Ἄφετε αὐτούς, ὁδηγοί εἰσι, τυφλοὶ τυφλῶν. τυφλὸς δὲ τυφλὸν ἐὰν ὁδηγῇ, ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται. * Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ πέτρος, εἶπεν αὐτῷ· φράσον ἡμῖν τὴν παραβολὴν ταύτην. ὁ δὲ ἰησοῦς εἶπεν, ἀκμὴν καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε, οὔπω νοεῖτε, ὅτι πᾶν τὸ εἰσπορευόμενον εἰς τὸ στόμα, εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ, καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται; τὰ δὲ ἐκπορευόμενα ἐκ τοῦ στόματος, ἐκ τῆς καρδίας ἐξέρχεται, κἀκεῖνα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον. ἐκ γὰρ τῆς καρδίας ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροί, φόνοι, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, κλοπαί, ψευδομαρτυρίαι, βλασφημίαι, ταῦτά ἐστι τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον. τὸ δὲ ἀνίπτοις χερσὶ φαγεῖν, οὐ κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον. καὶ ἐξελθὼν ἐκεῖθεν ὁ ἰησοῦς, ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη τύρου καὶ σιδῶνος. * καὶ ἰδοὺ γυνὴ χαναναία ἀπὸ τῶν ὁρίων ἐκείνων ἐξελθοῦσα, ἔκραζεν αὐτῷ λέγουσα, ἐλέησόν με κύριε, υἱὲ δαβίδ, θυγάτηρ μου κακῶς δαιμονίζεται. ὁ δὲ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῇ λόγον. καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἠρώτων αὐτὸν λέγοντες, ἀπόλυσον αὐτὴν, ὅτι κράζει ὄπισθεν ἡμῶν. * ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου ἰσραήλ. * Ἡ δὲ ἐλθοῦσα προσεκύνησεν αὐτῷ λέγουσα· κύριε, βοήθει μοι. ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν, οὐκ ἔστι καλὸν, λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις. Ἡ δὲ εἶπεν, ναὶ κύριε. καὶ γὰρ τὰ κυάρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν. τότε ἀποκριθεὶς ὁ ἰησοῦς, εἶπεν αὐτῇ, ὦ γύναι μεγάλη σου ἡ πίστις, γενηθήτω σοι ὡς θέλεις. καὶ ἰάθη ἡ θυγάτηρ αὐτῆς ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης. * καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν ὁ ἰησοῦς, ἦλθε παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς γαλιλαίας, καὶ ἀναβὰς

Aliàs φθόνοι.

κδ

Nosti phariſæos audito ſermone iſto offenſos fuiſſe? At ille reſpondens, ait: Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur. Omittite illos, duces ſunt cæci cæcorum. Porrò ſi cæcus cæco dux fuerit, ambo in foueam cadent. Reſpondens autem Petrus, dixit ei: Diſſere nobis parabolam iſtam. Ieſus autem dixit: Adhuc & uos intelligentia caretis? Nondum intelligitis, quod quicquid ingreditur in os, in aluum abit, & in ſeceſſum eiicitur? At ea quæ proficiſcuntur ex ore, ex ipſo corde egrediuntur, & illa impurum reddũt hominem. Nam ex corde exeunt cogitationes malæ, cædes, adulteria, ſtupra, furta, falſa teſtimonia, conuitia. Hæc ſunt quæ impurum reddunt hominem. Cæterum illotis manibus capere cibum, non inquinat hominem. Et digreſſus illinc Ieſus, ſe ceſſit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Cananæa, quæ à finibus illis uenerat, damabat ad illum, dicens: Miſerere mei domine, fili Dauid: filia mea miſere à dæmonio agitatur. Ille uero non reſpondit ei quicquam. Et accedentes diſcipuli eius, rogabant illum, dicentes: Amitte illam, nam damat poſt nos. At ille reſpondens, dixit: Non ſum miſſus, niſi ad oues perditas domus Iſraëliticæ. Illa uero uenit & adorauit eum, dicens: Domine, ſuccurre mihi. At ille reſpondens dixit: Non eſt honeſtum, ſumere panem filiorum, & obiicere catellis. Hæc autem reſpondit: Certe domine, Etenim catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum. Tunc reſpondens Ieſus, dixit illi: O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut uis. Et ſanata fuit filia eius ex eo tempore. Et progreſſus illinc Ieſus, uenit iuxta mare Galilææ, & conſcenſo

Digitized by Google

ἀναβὰς εἰς τὸ ὄρος, ἐκάθητο ἐκεῖ, καὶ προσῆλθον πρὸς αὐτὸν ὄχλοι πολλοί, ἔχοντες μεθ' ἑαυτῶν, χωλούς, τυφλούς, κωφούς, κυλλούς, καὶ ἑτέρους πολλούς, καὶ ἔῤῥιψαν αὐτοὺς παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς. ὥστε τοὺς ὄχλους θαυμάσαι βλέποντας κωφοὺς λαλοῦντας, κυλλοὺς ὑγιεῖς, χωλοὺς περιπατοῦντας, τυφλοὺς βλέποντας, καὶ ἐδόξασαν τὸν θεὸν Ἰσραήλ. * ὁ δὲ Ἰησοῦς προσκαλεσάμενος τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, εἶπεν. σπλαγχνίζομαι ἐπὶ τὸν ὄχλον, ὅτι ἤδη ἡμέρας τρεῖς προσμένουσί μοι, καὶ οὐκ ἔχουσι τί φάγωσιν, καὶ ἀπολῦσαι αὐτοὺς νήστεις, οὐ θέλω, μήποτε ἐκλυθῶσιν ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, πόθεν ἡμῖν ἐν ἐρημίᾳ ἄρτοι τοσοῦτοι, ὥστε χορτάσαι ὄχλον τοσοῦτον; καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, πόσους ἄρτους ἔχετε; οἱ δὲ εἶπον, ἑπτὰ, καὶ ὀλίγα ἰχθύδια. καὶ ἐκέλευσε τοῖς ὄχλοις ἀναπεσεῖν ἐπὶ τὴν γῆν. καὶ λαβὼν τοὺς ἑπτὰ ἄρτους καὶ τοὺς ἰχθύας, εὐχαριστήσας, ἔκλασε καὶ ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. οἱ δὲ μαθηταὶ τῷ ὄχλῳ, καὶ ἔφαγον πάντες, καὶ ἐχορτάσθησαν, καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων ἑπτὰ σπυρίδας πλήρεις, οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν τετρακισχίλιοι ἄνδρες, χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων, * καὶ ἀπολύσας τοὺς ὄχλους, ἀνέβη εἰς τὸ πλοῖον, καὶ ἦλθεν εἰς τὰ ὅρια Μαγδαλά. καὶ προσελθόντες οἱ Φαρισαῖοι καὶ Σαδδουκαῖοι, πειράζοντες ἐπηρώτησαν αὐτὸν, σημεῖον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ δεῖξαι αὐτοῖς. * ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, ὀψίας γενομένης λέγετε, εὐδία, πυῤῥάζει γὰρ ὁ οὐρανὸς καὶ πρωΐ, σήμερον χειμών. πυῤῥάζει γὰρ ὁ οὐρανὸς στυγνάζων. ὑποκριταί, τὸ μὲν πρόσωπον τοῦ οὐρανοῦ γινώσκετε διακρίνειν, τὰ δὲ σημεῖα τῶν καιρῶν οὐ δύνασθε; * γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου. * καὶ καταλιπὼν αὐτοὺς, ἀπῆλθεν, καὶ ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὸ πέραν, ἐπελάθοντο ἄρτους λαβεῖν. ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς,

ὁρᾶτε

consenso monte, sedebat illic. Et accesserunt ad eum turbæ multæ, ducentes secũ claudos, cæcos, surdos, mutilos, & alios multos, & abiecerunt eos ad pedes Iesu: & sanauit eos, adeo ut turbæ miratæ sint cum uiderent mutos loqui, mutilos esse sanos, claudos ambulare, cæcos uidere, & glorificabãt deum Israël. Iesus autem uocatis ad se discipulis suis dixit: Miseret me turbæ, propterea quod iam triduum perseuerant apud me, & nõ habẽt quod edant: & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in uia. Et dicũt ei discipuli eius: Vnde nobis in solitudine panes tã multi, ut saturemus turbam tantam? Et dicit illi Iesus: Quot panes habetis? At illi dicunt: Septem, & paucos pisciculos. Et iussit turbas discũbere in terra. Et sũpsit septẽ panes ac pisces: & postq; gratias egisset, fregit, deditq; discipulis suis: discipuli uero turbæ, comederuntq; omnes & saturati sunt, & sustulerũt quod supererat fragmẽtorum, septem sportulas plenas. At ij qui comederant, erant quater mille uiri, præter mulieres & pueros. Et dimissis turbis, conscendit nauim, uenitq; in fines Magdala.

Et aggressi pharisæi unà cum Sadducæis tentantes rogabant eum, ut signum è cœlo ostenderet sibi. At ille respondens dixit eis: Cum cœperit esse uespera, dicitis, serenitas erit, nam rubet cœlum; & mane, hodie tempestas, rubet enim cœlum triste. Hypocritæ, faciem cœli scitis dijudicare, signa uero temporum non potestis? Natio praua & adultera signum requirit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Et relictis illis abijt. Et cum uenissent discipuli eius in ulteriorem ripã, p obliuionẽ nõ sumpserãt panes. Iesus aũt dixit illis:

Videte

ὁρᾶτε καὶ προσέχετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν
ξξε φαρισαίων καὶ σαδδουκαίων. * οἱ δὲ διε- λβ
s λογίζοντο ἐν ἑαυτοῖς λέγοντες, ὅτι ἄρ-
τους οὐκ ἐλάβομεν. γνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶ-
πεν αὐτοῖς. τί διαλογίζεσθε ἐν ἑαυτοῖς ὀ-
λιγόπιστοι, ὅτι ἄρτους οὐκ ἐλάβετε; οὔ
πω νοεῖτε οὐδὲ μνημονεύετε τοὺς πέντε ἄρ-
τους τῶν πεντακισχιλίων, καὶ πόσους κο-
φίνους ἐλάβετε; οὐδὲ τοὺς ἑπτὰ ἄρτους τῶν
τετρακισχιλίων, καὶ πόσας σπυρίδας ἐλά-
βετε; πῶς οὐ νοεῖτε, ὅτι οὐ περὶ ἄρτου εἶ-
πον ὑμῖν προσέχετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν
φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων; τότε συνῆ-
καν, ὅτι οὐκ εἶπεν προσέχειν ἀπὸ τῆς ζύ-
μης τοῦ ἄρτου, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς διδαχῆς τῶν
ξξς φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων. * ἐλθὼν δὲ γλ
α ὁ Ἰησοῦς εἰς τὰ μέρη καισαρείας τῆς Φι-
λίππου, ἠρώτα τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέ-
γων. τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶ-
ναι, τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; οἱ δὲ εἶπον.
οἱ μὲν, Ἰωάννην τὸν Βαπτιστὴν, ἄλλοι δὲ Ἠ-
λίαν, ἕτεροι δὲ Ἰερεμίαν, ἢ ἕνα τῶν προ-
φητῶν. λέγει αὐτοῖς. ὑμεῖς δὲ τίνα με λέ-
γετε εἶναι; Ἀποκριθεὶς δὲ σίμων πέτρος
εἶπεν. Σὺ εἶ ὁ χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ
ζῶντος. καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν
ρος αὐτῷ. * μακάριος εἶ σίμων βὰρ ἰωνᾶ, ζ
ι ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ
πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. κἀγὼ
δέ σοι λέγω, ὅτι σὺ εἶ πέτρος, καὶ ἐπὶ
ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκ-
κλησίαν. καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύ-
σουσιν αὐτῆς. καὶ δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς
βασιλείας τῶν οὐρανῶν. καὶ ὃ ἐὰν δήσῃς
ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρα-
νοῖς. καὶ ὃ ἐὰν λύσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λε-
ρξη λυμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. * τότε διεστείλατο
β τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν,
ὅτι αὐτός ἐστιν Ἰησοῦς ὁ χριστός. ἀπὸ τότε ἤρ-
ξατο ὁ Ἰησοῦς δεικνύειν τοῖς μαθηταῖς
αὐτοῦ, ὅτι δεῖ αὐτὸν ἀπελθεῖν εἰς Ἱερο-
σόλυμα

Videte & cauete à fermento phariſæorũ
ac ſadducæorum. At illi reputabãt intra
ſeſe, dicẽtes: Panes nõ ſumpſimꝰ. Quod
ubi cognouit Ieſus, dixit illis: Quid cogi
tatis intra uoſipſos, ó parum fidentes, q̃
panes non ſumpſeritis? Nondum intelli
gitis, neq; memoria tenetis, quinq; illos
panes, cũ homines eſſent quinquies mil
le, & quot cophinos ſuſtuleritis? Neq; ſe
ptem illos panes, cũ homines eſſent qua
ter mille, & quot ſportas accepitis? Qui
fit, ut non intelligatis, me nõ de pane di-
xiſſe uobis illud, ut caueretis à fermento
phariſæorum & ſadducæorum? Tũc in
tellexerunt, quod non iuſſiſſet cauere à
fermento panis, ſed à doctrina phariſæ
orum & ſadducæorũ. Cum ueniſſet aũt
Ieſus in partes Cæſareæ eius, quæ cogno
minatur Philippi, interrogauit diſcipu
los ſuos, dicens: Quem me dicunt homi
nes eſſe filium illũ hominis? Illi uero di-
cebant: Alĩ quidem Iohannẽ Baptiſtã,
alĩ uero Heliam, alĩ uero Hieremiã, aut
unum de numero prophetarum. Dicit il
lis: At uos, quem me dicitis eſſe? Reſpon
dens autem Simon Petrus, dixit: Tu es
Chriſtus ille filius dei uiuentis. Et reſpon
dẽs Ieſus, dixit illi: Beatus es Simon Bar
Iona, quia caro & ſanguis non reuelauit
tibi, ſed pater meus q̃ eſt in cœlis. At ego
uiciſſim tibi dico, quod tu es Petrus, &
ſuper hanc petram ædificabo meam ec-
deſiam, & portæ inferorũ non ualebunt
aduerſus illam. Et dabo tibi claues regni
cœlorũ. Et quicquid alligaueris in terra,
erit alligatum in cœlis: & quicquid ſolue
ris in terra, erit ſolutum in cœlis. Tunc
edixit diſcipulis ſuis, ne cui dicerent,
quod ipſe eſſet Ieſus Chriſtus. Ex eo tẽ
pore cœpit Ieſus indicare diſcipulis ſu
is, quod oporteret ipſum abire Hiero-
ſolymã

Digitized by Google

σόλυμα, καὶ πολλὰ παθεῖν, ἀπὸ τῶν πρεσβυ
τέρων, καὶ ἀρχιερέων, καὶ γραμματέων,
καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερ
θῆναι. * καὶ προσλαβόμενος αὐτὸν ὁ πέ
τρος, ἤρξατο ἐπιτιμᾶν αὐτῷ λέγων. ἵλε
ώς σοι κύριε, οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο. ὁ δὲ στρα
φεὶς, εἶπεν τῷ πέτρῳ. ὕπαγε ὀπίσω μου
σατανᾶ, σκάνδαλόν μου εἶ, ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ
τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων. * τότε ὁ
ἰησοῦς εἶπεν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. εἴ τις θέ
λει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν,
καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολου
θείτω μοι. ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐ
τοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν. ὃς δ' ἂν ἀπολέ
σῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐ
τήν. τί γὰρ ὠφεληθήσεται ἄνθρωπος, ἐὰν τὸν
κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ
ζημιωθῇ; ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλα
γμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; * μέλλει γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀν
θρώπου ἔρχεσθαι ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐ
τοῦ μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ. καὶ τότε ἀποδώ
σει ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ. * ἀμὴν
λέγω ὑμῖν, εἰσί τινες ὧδε ἑστώτων, οἵτινες οὐ
μὴ γεύσωνται θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι τὸν
υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν τῇ βασι
λείᾳ αὐτοῦ. * καὶ μεθ' ἡμέρας ἓξ, παραλαμ
βάνει ὁ ἰησοῦς τὸν πέτρον καὶ ἰάκωβον καὶ
ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἀναφέρει αὐ
τοὺς εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν, καὶ μετε
μορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν, καὶ ἔλαμψε τὸ
πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος, τὰ δὲ ἱμάτια
αὐτοῦ ἐγένετο λευκὰ ὡς τὸ φῶς. καὶ ἰδοὺ ὤφ
θη αὐτοῖς μωσῆς καὶ ἠλίας, μετ' αὐτοῦ
συλλαλοῦντες. ἀποκριθεὶς δὲ ὁ πέτρος, εἶ
πεν τῷ ἰησοῦ. κύριε καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε
εἶναι. εἰ θέλεις, ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς σκη
νὰς, σοὶ μίαν, καὶ μωσῇ μίαν, καὶ ἠλίᾳ μίαν.
ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἰδοὺ νεφέλη φωτεινὴ
ἐπεσκίασεν αὐτούς. καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῆς
νεφέλης λέγουσα. οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀ
γαπητὸς ἐν ᾧ εὐδόκησα. αὐτοῦ ἀκούετε.

solymam, ac multa pati à senioribus & principibus sacerdotum & scribis, & occidi, & tertio die resuscitari. Et cū abduxisset eum Petrus, cœpit illum increpare, dicens: Propitius tibi sis domine, ne quaquàm erit tibi hoc. At ille cōuersus dixit Petro: Abi post me satana, obstaculo es mihi: quia non sapis ea quæ sūt dei, sed ea quæ sunt hominum. Tunc Iesus dixit discipulis suis: Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam ac sequatur me. Qui enim uoluerit animam suā seruare, perdet eam. Rursus, Qui perdiderit animā suam mea causa, inueniet eam. Quid enim prodest homini, si totum mūdū lucratus fuerit, animæ uero suæ iacturā fecerit? Aut quid dabit homo, cuius permutatione redimat animam suā? Futurū est enim, ut filius hominis ueniat in gloria patris sui, cū angelis suis, & tūc reddet unicuiq; iuxta facta ipsius. Amen dico uobis, sunt quidam hic stantes, qui nō gustabunt mortem, donec uiderint filiū hominis ueniētem in regno suo. Et post dies sex, assumit Iesus Petrum ac Iacobum & Iohannē fratrem eius, & subducit illos in montē excelsum seorsum, transformatusq; est corā illis: & splēduit facies eius sicut sol. Vestimēta aūt illius facta sunt candida, sicut lumen. Et ecce cōspecti sunt illis Moses & Helias cū illo colloquentes. Respondens aūt Petrus, dixit Iesu: Domine, bonum est nos hic esse. Si uis faciamus hic tria tabernacula, tibi unū, & Mosi unum, & Heliæ unum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obūbrauit illos. Et ecce uox è nube quæ diceret: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacitum est, ipsum audite.

λϛ XVII

καὶ

Καὶ ἀκούσαντες οἱ μαθηταὶ, ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν, καὶ ἐφοβήθησαν σφόδρα. καὶ προσελθὼν ὁ Ἰησοῦς, ἥψατο αὐτῶν, καὶ εἶπεν· ἐγέρθητε καὶ μὴ φοβεῖσθε. ἐπάραντες δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, οὐδένα εἶδον, εἰ μὴ τὸν Ἰησοῦν μόνον. καὶ καταβαινόντων αὐτῶν ἐκ τοῦ ὄρους, ἐνετείλατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς λέγων· μηδενὶ εἴπητε τὸ ὅραμα, ἕως οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ. καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες· τί οὖν οἱ γραμματεῖς λέγουσιν, ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον; * ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς· Ἠλίας μὲν ἔρχεται πρῶτον, καὶ ἀποκαταστήσει πάντα. λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι Ἠλίας ἤδη ἦλθεν, καὶ οὐκ ἐπέγνωσαν αὐτὸν, ἀλλ' ἐποίησαν ἐν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν. οὕτως καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου μέλλει πάσχειν ὑπ' αὐτῶν. τότε συνῆκαν οἱ μαθηταὶ, ὅτι περὶ Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ εἶπεν αὐτοῖς. * καὶ ἐλθόντων αὐτῶν πρὸς τὸν ὄχλον, προσῆλθεν αὐτῷ ἄνθρωπός τις γονυπετῶν αὐτῷ, καὶ λέγων· * Κύριε, ἐλέησόν μου τὸν υἱόν, ὅτι σεληνιάζεται καὶ κακῶς πάσχει, πολλάκις γὰρ πίπτει εἰς τὸ πῦρ, καὶ πολλάκις εἰς τὸ ὕδωρ, καὶ προσήνεγκα αὐτὸν τοῖς μαθηταῖς σου, καὶ οὐκ ἠδυνήθησαν αὐτὸν θεραπεῦσαι. ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν· ὦ γενεὰ ἄπιστος καὶ διεστραμμένη, ἕως πότε ἔσομαι μεθ' ὑμῶν; ἕως πότε ἀνέξομαι ὑμῶν; φέρετέ μοι αὐτὸν ὧδε. καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐξῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ τὸ δαιμόνιον, καὶ ἐθεραπεύθη ὁ παῖς, ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης. * Τότε προσελθόντες οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ κατ' ἰδίαν, εἶπον· διὰ τί ἡμεῖς, οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό; ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, διὰ τὴν ἀπιστίαν ὑμῶν. Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ, μετάβηθι ἐνθεῦδεν ἐκεῖ, καὶ μεταβήσεται. καὶ οὐδὲν ἀδυνατήσει ὑμῖν. τοῦτο δὲ τὸ γένος οὐκ ἐκπορεύεται, εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ.

ἀναστρεφομένων δὲ

Et cũ hæc audiſſent diſcipuli, procide-
runt in faciem ſuam, & territi ſunt uehe
menter. Et accedẽs Ieſus, tetigit illos, di
xitq; Surgite & ne timeatis. Vbi uero
ſuſtuliſſent oculos ſuos, neminẽ uide-
bant, niſi Ieſum ſolum. Et cum deſcẽde
rent de mõte, præcepit illis Ieſus, dicẽs:
Ne cui dixeritis uiſionem, donec filius
hominis à mortuis reſurgat. Et interro
gauerunt eũ diſcipuli ſui, dicentes: Cur
igitur ſcribæ dicunt, quod Heliã opor-
teat uenire prius? Ieſus autem reſpon-
dens dixit illis: Helias quidẽ ueniet pri
us, & reſtituet omnia. Cæterũ dico uo-
bis, Heliam iam ueniſſe, & nõ agnoue
runt eum: ſed fecerunt in eo quæcunq;
uoluerunt. Sic & filius hominis paſſu-
rus eſt ab illis. Tunc intellexerunt diſci
puli, quod de Iohanne baptiſta dixiſ-
ſet ipſis. Et cũ ueniſſent ad turbam, ac-
ceſſit ad eum homo quidã, flectens ge
nua illi, dicẽsq; Domine, miſerere filij
mei, quoniam lunaticus eſt, & miſere
affligitur. Nam ſæpe cadit in ignem, &
ſæpe in aquam: & obtuli eum diſcipu-
lis tuis, nec potuerunt eum ſanare. Re-
ſpondens autem Ieſus dixit: O natio
incredula & diſtorta, quouſq; tandem
ero uobiſcum? uſq; quo patiar uos? ad-
ducite illum huc. Et increpauit illud Ie-
ſus, & exijt ab eo dæmonium, & ſana-
tus eſt puer à tempore illo. Tunc acce-
dẽtes diſcipuli ad Ieſum ſeorſum, dixe
runt: Quare nos non potuimus eijcere
illud? Ieſus aũt dixit illis: Propter incre
dulitatem ueſtram. Amen quippe dico
uobis, ſi habeatis fidem ſicut granum
ſinapis, dicetis mõti huic, demigra hinc
illuc, & demigrabit: neq; quicq; impoſ
ſibile erit uobis. Sed hoc genus nõ egre
ditur, niſi per deprecationẽ & ieiuniũ.

Cum aũt uerſarentẽ

ρος *Ἀναστρεφομένων δὲ αὐτῶν ἐν τῇ γαλιλαίᾳ,
β εἶπεν αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς. μέλλει ὁ υἱὸς τοῦ ἀν-
θρώπου παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων,
καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτόν, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέ
ρᾳ ἐγερθήσεται. καὶ ἐλυπήθησαν σφόδρα.
ρος *Ἐλθόντων δὲ αὐτῶν εἰς καπερναούμ, προ- λς
1 σῆλθον οἱ τὰ δίδραχμα λαμβάνοντες τῷ
πέτρῳ, καὶ εἶπον, ὁ διδάσκαλος ὑμῶν οὐ
τελεῖ τὰ δίδραχμα; λέγει, ναί. καὶ ὅτε εἰ-
σῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν, προέφθασεν αὐτὸν
ὁ ἰησοῦς, λέγων. τί σοι δοκεῖ σίμων; οἱ βα
σιλεῖς τῆς γῆς ἀπὸ τίνων λαμβάνουσιν τὰ
τέλη ἢ κῆνσον, ἀπὸ τῶν υἱῶν αὐτῶν, ἢ ἀπὸ
γαγον αὐτὸν ἕως ὀφρύος τοῦ ὄρους, ἐφ' οὗ ἡ πόλις αὐτῶν ᾠκοδόμητο, εἰς τὸ κατακρημνίσαι αὐτόν. Αὐτὸς δὲ διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν ἐπορεύετο. * καὶ κατῆλθεν εἰς καπερναούμ πόλιν τῆς γαλιλαίας, καὶ ἦν διδάσκων αὐτοὺς ἐν τοῖς σάββασι. * καὶ ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ, ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ ἦν ὁ λόγος αὐτοῦ. * καὶ ἐν τῇ συναγωγῇ ἦν ἄνθρωπος, ἔχων πνεῦμα δαιμονίου ἀκαθάρτου, καὶ ἀνέκραξε φωνῇ μεγάλῃ, λέγων. ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοὶ Ἰησοῦ ναζαρηνέ; ἦλθες ἀπολέσαι ἡμᾶς; οἶδά σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ. καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, λέγων. φιμώθητι, καὶ ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ. καὶ ῥίψαν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον εἰς μέσον, ἐξῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ, μηδὲν βλάψαν αὐτόν. καὶ ἐγένετο θάμβος ἐπὶ πάντας, καὶ συνελάλουν πρὸς ἀλλήλους, λέγοντες. τίς ὁ λόγος οὗτος; ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ καὶ δυνάμει ἐπιτάσσει τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι, καὶ ἐξέρχονται; καὶ ἐξεπορεύετο ἦχος περὶ αὐτοῦ εἰς πάντα τόπον τῆς περιχώρου. * Ἀναστὰς δὲ ἐκ τῆς συναγωγῆς, εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν σίμωνος. πενθερὰ δὲ τοῦ σίμωνος ἦν συνεχομένη πυρετῷ μεγάλῳ, καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν περὶ αὐτῆς. καὶ ἐπιστὰς ἐπάνω αὐτῆς, ἐπετίμησε τῷ πυρετῷ, καὶ ἀφῆκεν αὐτήν. καὶ παραχρῆμα ἀναστᾶσα, διηκόνει αὐτοῖς. Δύνοντος δὲ τοῦ ἡλίου, ἅπαντες ὅσοι εἶχον ἀσθενοῦντας νόσοις ποικίλαις, ἤγαγον αὐτοὺς πρὸς αὐτόν. ὁ δὲ ἑνὶ ἑκάστῳ αὐτῶν τὰς χεῖρας ἐπιθεὶς, ἐθεράπευσεν αὐτούς. * ἐξήρχετο δὲ καὶ δαιμόνια ἀπὸ πολλῶν, κράζοντα καὶ λέγοντα. ὅτι σὺ εἶ ὁ χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ. καὶ ἐπιτιμῶν, οὐκ εἴα αὐτὰ λαλεῖν, ὅτι ᾔδεισαν τὸν χριστὸν αὐτὸν εἶναι. * γενομένης δὲ ἡμέρας ἐξελθὼν ἐπορεύθη εἰς ἔρημον τόπον, καὶ οἱ ὄχλοι ἐζήτουν αὐτόν, καὶ ἦλθον ἕως αὐτοῦ, καὶ κατεῖχον αὐτὸν τοῦ μὴ πορεύεσθαι ἀπ' αὐτῶν. ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτοὺς, ὅτι καὶ ταῖς ἑτέραις

xerunt illum usque ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat ædificata, ut præcipitarent eum. Ipse autē trāsiens per medium illorum ibat. Et descendit Capernaum ciuitatem Galilææ, ibiq; docebat illos sabbatis. Et stupebant super doctrina eius, quia cum potestate cō iunctus erat sermo ipsius. Et in synagoga erat homo, habens spiritum dæmonis immūdi: & exclamauit uoce magna, dicens: Eia, quid tibi nobiscum est Iesu Nazarene? Venisti ad perdendum nos? Scio te qui sis, sanctus ille dei. Et increpauit illum Iesus, dicens: Obmutesce, & exi ab eo. Et cum proiecisset illum dæmonium in medium, exijt ab illo, nihilq; illi nocuit. Et factus est pauor super omnes: & colloquebantur inter sese, dicentes: Quis sermo hic est? quia cum autoritate ac potestate imperat immundis spiritibus, & exeunt? Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum undique finitimæ regionis. Cum surrexisset autem Iesus de synagoga, introiuit in domum Simonis. socrus autem Simonis tenebatur febri magna, & rogauerunt illum pro ea. Et astans supra illam, increpauit febrem, & febris dimisit illam: statimq; surgens, ministrabat illis. Cum autem sol occideret, omnes qui habebant infirmos morbis uarijs, ducebant illos ad eum: at ille singulis manus imponens, sanabat eos. Exibant autem & dæmonia à multis, clamantia ac dicentia: Tu es Christus filius dei. Et increpans, non sinebat ea loqui, quod sciebant ipsum esse Christum. Facto autem die egressus ibat in desertum locum, & turbæ quærebant eum, & uenerunt usque ad ipsum, & detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait:

μὴ ταῖς ἑτέραις πόλεσιν εὐαγγελίσασθαί με δεῖ τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, ὅτι εἰς τοῦτο ἀπέσταλμαι. καὶ ἦν κηρύσσων εἰς τὰς συναγωγὰς
κθ τῆς γαλιλαίας. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ τὸν ὄχλον
ι ἐπικεῖσθαι αὐτῷ, καὶ ἀκούειν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, καὶ αὐτὸς ἦν ἑστὼς παρὰ τὴν λίμνην γεννησαρέθ. καὶ εἶδε δύο πλοῖα ἑστῶτα παρὰ τὴν λίμνην, οἱ δὲ ἁλιεῖς ἀποβάντες ἀπ' αὐτῶν, ἀπέπλυναν τὰ δίκτυα. ἐμβὰς δὲ εἰς ἓν τῶν πλοίων, ὃ ἦν τοῦ σίμωνος, ἠρώτησεν αὐτὸν, ἀπὸ τῆς γῆς ἐπαναγαγεῖν ὀλίγον. καὶ καθίσας ἐδίδασκεν
λ ἐκ τοῦ πλοίου τοὺς ὄχλους. Ὡς δὲ ἐπαύσατο
ϑ λαλῶν, εἶπε πρὸς τὸν σίμωνα. ἐπανάγαγε εἰς τὸ βάθος, καὶ χαλάσατε τὰ δίκτυα ὑμῶν εἰς ἄγραν. καὶ ἀποκριθεὶς ὁ σίμων, εἶπεν αὐτῷ, ἐπιστάτα, δι' ὅλης τῆς νυκτὸς κοπιάσαντες οὐδὲν ἐλάβομεν, ἐπὶ δὲ τῷ ῥήματί σου χαλάσω τὸ δίκτυον. καὶ τοῦτο ποιήσαντες, συνέκλεισαν πλῆθος ἰχθύων πολύ. διερήγνυτο δὲ τὸ δίκτυον αὐτῶν. καὶ κατένευσαν τοῖς μετόχοις, τοῖς ἐν τῷ ἑτέρῳ πλοίῳ, τοῦ ἐλθόντας συλλαβέσθαι αὐτοῖς. καὶ ἦλθον, καὶ ἔπλησαν ἀμφότερα τὰ πλοῖα, ὥστε βυθίζεσθαι αὐτά. Ἰδὼν δὲ σί
λα μων πέτρος, προσέπεσε τοῖς γόνασι τοῦ ἰησοῦ,
ι λέγων. ἔξελθε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι ἀνὴρ ἁμαρτωλός εἰμι κύριε. θάμβος γὰρ περιέσχεν αὐτὸν, καὶ πάντας τοὺς σὺν αὐτῷ, ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ τῶν ἰχθύων, ἣν συνέλαβον, ὁμοίως δὲ καὶ ἰάκωβον καὶ
λβ ἰωάννην υἱοὺς ζεβεδαίου, οἳ ἦσαν κοινωνοὶ τῷ
ε σίμωνι. Καὶ εἶπε πρὸς τὸν σίμωνα ὁ ἰησοῦς. μὴ φοβοῦ, ἀπὸ τοῦ νῦν ἀνθρώπους ἔσῃ ζωγρῶν. καὶ καταγαγόντες τὰ πλοῖα ἐπὶ τὴν γῆν, ἀφέντες ἅπαντα ἠκολούθησαν αὐ-
λγ τῷ. καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν μιᾷ
β τῶν πόλεων, καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ πλήρης λέπρας, καὶ ἰδὼν τὸν ἰησοῦν πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον, ἐδεήθη αὐτοῦ, λέγων. κύριε, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι. καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἥψατο αὐτοῦ, εἰπών. θέλω, καθαρίσθητι. καὶ εὐθέως ἡ λέπρα ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ. καὶ αὐτὸς παρήγγειλεν αὐτῷ, μηδενὶ

Et alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei, nã in hoc missus sum. Et prædicabat in synagogis Galilææ.

Factum est autem cum turba im- V
mineret ei, ut audiret uerbum dei, & ipse stabat iuxta stagnum Genezareth. & uidit duas naues stantes ad stagnum, piscatores autem descenderant ex illis, & abluebant retia. Ingressus autem in unam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum, ut à terra abduceret pusillum. & sedens docebat de naui turbas. Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia uestra in capturam. Et respondens Simon, dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus: tamen tuo iussu laxabo rete. Et cum hoc fecissent, conduserunt piscium multitudinem copiosam. Rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt socijs, qui erant in altera naui, ut uenirent & adiuuarent ipsos. Et uenerunt, atque impleuerunt ambas naues, ita ut mergerentur. Quod cum uideret Simon Petrus, accidit ad genua Iesu, dicens: Discede à me domine, quia homo peccator sum. Stupor enim circumdederat eum, & omnes qui cum illo fuerant, super captu piscium, quem ceperãt, similiter autem Iacobum & Iohãnem filios Zebedæi, qui erant socij Simoni. Et ait ad Simonem Iesus: Ne metuas, posthac homines capies. Et subductis in terram nauibus, relictis omnibus, secuti sunt eum. Et accidit cum esset in quadam ciuitate, & ecce uir plenus lepra, cumq; uidisset Iesum, prostratus in faciem, rogauit eum, dicẽs: Domine, si uis potes me mundare. Et protensa manu tetigit eũ, dicens: Volo, mundus esto. Et confestim lepra discessit ab illo. Et ipse præcepit illi, ne cuiq;

Digitized by Google

μηδενὶ εἰπῇς, ἀλλὰ ἀπελθὼν δεῖξον σεαυτὸν
τῷ ἱερεῖ, καὶ προσένεγκε περὶ τ καθαρισμοῦ
σου, καθὼς προσέταξε μωσῆς εἰς μαρτύριον
λθ αὐτοῖς. * Διῆρχετο δὲ μᾶλλον ὁ λόγος περὶ
α αὐτ, καὶ συνήρχοντο ὄχλοι πολλοὶ ἀκοῦσαι, &
θεραπεύεσθαι ὑπ' αὐτ ἀπὸ τῶν ἀσθενειῶν αὐτῶν.
λε * Αὐτὸς δὲ ἦν ὑποχωρῶν ἐν ταῖς ἐρήμοις, &
β προσευχόμενος. * καὶ ἐγένετο ἐν μιᾷ τῶν
λς ἡμερῶν, & αὐτὸς ἦν διδάσκων, καὶ ἦσαν κα-
ϛ θήμενοι φαρισαῖοι καὶ νομοδιδάσκαλοι, οἱ
ἦσαν ἐληλυθότες ἐκ πάσης κώμης τῆς γαλι-
λαίας καὶ ἰουδαίας & ἱερουσαλήμ, καὶ δύναμις
λζ κυρίου ἦν εἰς τὸ ἰᾶσθαι αὐτούς. * καὶ ἰδοὺ ἄνδρες
α φέροντες ἐπὶ κλίνης ἄνθρωπον, ὃς ἦν παρα λε
λυμένος, & ἐζήτουν αὐτὸν εἰσενεγκεῖν, καὶ θεῖ-
ναι ἐνώπιον αὐτ, & μὴ εὑρόντες διὰ ποίας
εἰσενέγκωσιν αὐτὸν διὰ τὸν ὄχλον, ἀναβάν-
τες ἐπὶ τὸ δῶμα, διὰ τῶν κεράμων καθῆκαν
αὐτὸν σὺν τῷ κλινιδίῳ εἰς τὸ μέσον ἔμπροσθεν
τ ἰησοῦ. & ἰδὼν τὴν πίσιν αὐτ, εἶπεν αὐτῷ.
ἄνθρωπε, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου. & ἤρ
ξαντο διαλογίζεσθαι οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ φαρι
σαῖοι, λέγοντες. τίς ἐστιν οὗτος, ὃς λαλεῖ βλασφη
μίας; τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ μό
νος ὁ θεός; ἐπιγνοὺς δὲ ὁ ἰησοῦς τοὺς διαλογι
σμοὺς αὐτῶν, ἀποκριθεὶς εἶπε πρὸς αὐτούς. τί
διαλογίζεσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; τί ἐστιν
εὐκοπώτερον εἰπεῖν, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρ-
τίαι σου, ἢ εἰπεῖν, ἔγειραι & περιπάτει; ἵνα δὲ εἰ-
δῆτε, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τ ἀνθρώπου ἐπὶ
τ γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἶπε τῷ παραλυτι-
κῷ. σοὶ λέγω, ἔγειραι & ἆρας τὸ κλινίδιόν σου
πορεύου εἰς τὸν οἶκόν σου. καὶ παραχρῆμα ἀναστὰς
ἐνώπιον αὐτῶν, ἄρας ἐφ' ὃ κατέκειτο, ἀπῆλθ
εἰς τὸν οἶκον αὐτ, δοξάζων τὸν θεόν. καὶ ἔκστασις
ἔλαβεν ἅπαντας, καὶ ἐδόξαζον τὸν θεόν, καὶ
ἐπλήσθησαν φόβου, λέγοντες, ὅτι εἴδομεν
λκ παράδοξα σήμερον. * καὶ μετὰ ταῦτα ἐξῆλ ιδ
β θε, καὶ ἐθεάσατο τελώνην, ὀνόματι λευεῖν, κα
θήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον, καὶ εἶπεν αὐ-
τῷ. ἀκολούθει μοι. καὶ καταλιπὼν ἅπαντα,

ἀναστὰς

ne cuiquam diceret, sed uade, inquit, ostende teipsum sacerdoti, & offer pro emundatione tui, quēadmodū præcepit Moses in testimoniū illis. Peruagabat autē magis rumor de illo, & cōueniebant turbæ multæ ut audirent & sanarent ab infirmitatibus suis. Ipse autē agebat in secessu in desertis & orabat. Et factum est quodam die, & ipse docebat, erántq; pharisæi sedentes ac legis doctores, qui uenerant ex omni castello Galilææ & Iudææ & Hierusalē, & uirtus domini aderat ad sanandum eos. Et ecce uiri portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus, & quærebant eum inferre, & ponere ante illum. Et non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderūt super tectum, ac per tegulas demiserūt eum cum lectulo in medium ante Iesum. Quorū fidē ut uidit, dixit illi: Homo, remittantur tibi peccata tua. Et cœperūt cogitare scribæ & pharisæi, dicentes: Quis est is qui loquitur blasphemias? Quis potest remittere peccata, nisi solus deus? Vt cognouit autem Iesus cogitationes eorum, respondens, dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus uestris? Vtrum est facilius dicere, remittantur tibi peccata, an dicere, surge & ambula? Vt autem sciatis quod filius hominis habet potestatem in terra remittendi peccata, ait paralytico: Tibi dico, surge, tolle lectulum tuum, & uade in domum tuam. Iscq; confestim surgens coram illis, tollebat in quo iacuerat, abiitque in domum suam, glorificans deum. Et stupor corripuit omnes, & glorificabant deum: & repleti sunt timore, dicentes: Vidimus incredibilia hodie. Et post hæc exiit, ac uidit publicanum, nomine Leui, sedentem ad telonium, & ait illi: Sequere me. Atq; is relictis omnibus,

surgens,

Digitized by Google

λθ β ἀναστὰς, ἠκολούθησεν αὐτῷ.* καὶ ἐποίησε δο
χὴν μεγάλην λευεὶς αὐτῷ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐ/
του, καὶ ἦν ὄχλος πολυῶν τελωνῶν καὶ ἄλλων,
οἱ ἦσαν μετ' αὐτῶν κατακείμενοι. καὶ ἐγόγγυ
ζον οἱ γραμματεῖς, καὶ οἱ φαρισαῖοι πρὸς τοὺς
μαθητὰς αὐτου, λέγοντες. διὰ τί μετὰ τελω/
μ νῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίετε & πίνετε; * καὶ
β ἀποκριθεὶς ὁ Ιησοῦς, εἶπε πρὸς αὐτούς. οὐ
χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ'
οἱ κακῶς ἔχοντες. οὐκ ἐλήλυθα καλέσαι δι
καίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. οἱ
δὲ εἶπον πρὸς αὐτόν. διὰ τί οἱ μαθηταὶ ἰω
άννου νηστεύουσι πυκνὰ, & δεήσεις ποιοῦνται,
ὁμοίως & οἱ τῶν φαρισαίων, οἱ δὲ σοὶ ἐσθί/
ουσι καὶ πίνουσιν. ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς. μὴ
δύνασθε τοὺς υἱοὺς τοῦ νυμφῶνος, ἐν ᾧ ὁ
νυμφίος μετ' αὐτῶν ἐστι, ποιῆσαι νηστεύειν; ἐλεύ/
σονται δὲ ἡμέραι, & ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ
νυμφίος, τότε νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς
ἡμέραις. ἔλεγε δὲ καὶ παραβολὴν πρὸς αὐτούς.
ὅτι οὐδεὶς ἐπίβλημα ἱματίου καινοῦ ἐπι/
βάλλει ἐπὶ ἱμάτιον παλαιόν, εἰ δὲ μή γε,
καὶ τὸ καινὸν σχίσει, καὶ τῷ παλαιῷ οὐ συμ
φωνεῖ τὸ ἐπίβλημα ἀπὸ τοῦ καινοῦ. καὶ οὐ/
δεὶς βάλλει οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς, εἰ
δὲ μή γε, ῥήξει ὁ νέος οἶνος τοὺς ἀσκούς, καὶ
αὐτὸς ἐκχυθήσεται, καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπολοῦνται.
ἀλλὰ οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς καινοὺς βλητέον,
καὶ ἀμφότεροι σωτηροῦνται. καὶ οὐδεὶς πιὼν
παλαιὸν, εὐθέως θέλει νέον, λέγει γὰρ, ὁ πα
λαιὸς χρηστότερός ἐστιν.

μα * Ἐγένετο δὲ, ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ διὰ
β πορεύεσθαι αὐτὸν διὰ τῶν σπορίμων, καὶ ἔτιλ/
λον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τοὺς στάχυας, καὶ ἤσθιον,
τῷχονται ταῖς χερσί. τινὲς δὲ τῶν φαρισαίων εἶ
πον αὐτοῖς. τί ποιεῖτε, ὃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν ἐν
τοῖς σάββασι. καὶ ἀποκριθεὶς πρὸς αὐτοὺς εἶ/
πεν ὁ Ιησοῦς. οὐδὲ τοῦτο ἀνέγνωτε, ὃ ἐποίησε
Δαβὶδ, ὁπότε ἐπείνασεν αὐτὸς, καὶ οἱ μετὰ
αὐτοῦ ὄντες, ὡς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ, καὶ
τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔλαβε καὶ ἔφαγε,

καὶ

surgens, secutus est eum. Et fecit ei conui/
uium magnũ Leui in domo sua, & erat
turba multa publicanorum, & aliorum,
qui cum illis accumbebant. Et murmura
bant scribæ, & pharisæi, aduersus disci/
pulos eius, dicentes: Quare cum publi/
canis & peccatoribus editis & bibitis? Et
respondens Iesus, dixit ad illos: Non
egent qui sani sunt medico, sed qui male
habent. Non ueni uocare iustos, sed pec/
catores ad pœnitentiam. At illi dixerunt
ad eum: Quare discipuli Iohannis ieiu/
nant frequẽter, & obsecrationes faciunt,
similiter & pharisæorum, tui uero edunt
& bibunt? Quibus ipse ait: Num pote/
stis facere, ut filij thalami, dum cum illis
est sponsus, ieiunent? Venient autem
dies, & cum ablatus fuerit ab illis spon/
sus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Dice/
bat autem & similitudinem ad illos: Ne/
mo immissuram noui uestimenti immit/
tit in uestimentum uetus, alioquin, & no
uum rumpit, & ueteri non conuenit im/
missura ex nouo. Et nemo mittit uinum
nouum in utres ueteres, alioqui rumpet
uinum nouum utres, & ipsum effunde/
tur, & utres peribunt. Sed uinum mustũ
in utres nouos mittendum est, & utraq;
conseruantur. Et nemo qui biberit uetus,
statim uult nouum: dicit enim, uetus me
lius est.

Accidit aũt, ut in sabbato secundopri VI
mo transiret per sata, ac uellebãt discipu/
li eius spicas, edebántq;, confricantes ma
nibus. Quidã aũt pharisæorum dicebãt
illis: Quid facitis, quod non licet facere in
sabbatis? Et respondens Iesus ad eos, di/
xit: Ne hoc quidẽ legistis, quod fecit Da/
uid, cũ esuriisset ipse, & qui cum illo erant,
quomodo intrauit in domum dei, &
panes propositionis sumpsit, editque

ac

Digitized by Google

Καὶ ἔδωκε καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ, οὓς οὐκ ἔξεστι φαγεῖν, εἰ μὴ μόνους τοὺς ἱερεῖς; καὶ ἔλεγεν
μα αὐτοῖς, ὅτι κύριός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου
β καὶ τοῦ σαββάτου. * Ἐγένετο δὲ καὶ ἐν ἑτέρῳ σαββάτῳ, εἰσελθεῖν αὐτὸν εἰς τὴν συναγωγὴν καὶ διδάσκειν. καὶ ἦν ἐκεῖ ἄνθρω-
ιε πος, καὶ ἡ χεὶρ αὐτοῦ ἡ δεξιὰ ἦν ξηρά. παρετήρουν δὲ αὐτὸν οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι, εἰ ἐν τῷ σαββάτῳ θεραπεύσει, ἵνα εὕρωσι κατηγορίαν κατ' αὐτοῦ. Αὐτὸς δὲ ᾔδει τοὺς διαλογισμοὺς αὐτῶν, καὶ εἶπεν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ ξηρὰν ἔχοντι τὴν χεῖρα· ἔγειραι, καὶ στῆθι εἰς τὸ μέσον. ὁ δὲ ἀναστὰς ἔστη. εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πρὸς αὐτούς· ἐπερωτήσω ὑμᾶς, τί ἔξεστι τοῖς σάββασιν, ἀγαθοποιῆσαι ἢ κακοποιῆσαι, ψυχὴν σῶσαι ἢ ἀπολέσαι; καὶ περιβλεψάμενος πάντας αὐτοὺς, εἶπεν τῷ ἀνθρώπῳ, ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου. ὁ δὲ ἐποίησε, καὶ ἀπεκατεστάθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη. Αὐτοὶ δὲ ἐπλήσθησαν ἀνοίας, καὶ διελάλουν πρὸς ἀλλήλους, τί ἂν ποιήσαιεν τῷ Ἰησοῦ.
μγ * Ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, ἐξῆλθεν εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι, καὶ ἦν διανυ-
β ιε κτερεύων ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ θεοῦ. * καὶ ὅτε ἐγένετο ἡμέρα, προσεφώνησε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ.
μδ καὶ ἐκλεξάμενος ἀπ' αὐτῶν δώδεκα, οὓς καὶ
β ἀποστόλους ὠνόμασε, Σίμωνα, ὃν καὶ ὠνόμασε Πέτρον, καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, Φίλιππον καὶ Βαρθολομαῖον, Ματθαῖον καὶ Θωμᾶν, Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ἁλφαίου καὶ Σίμωνα τὸν καλούμενον Ζηλωτὴν, Ἰούδαν Ἰακώβου, καὶ Ἰούδαν Ἰσκαριώτην, ὃς καὶ ἐγένετο προδότης. * καὶ κατα-
με βὰς μετ' αὐτῶν, ἔστη ἐπὶ τόπου πεδινοῦ, καὶ ὄχλος μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ πλῆθος πολὺ τοῦ λαοῦ ἀπὸ πάσης τῆς Ἰουδαίας καὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ τῆς παραλίου Τύρου καὶ Σιδῶνος, οἱ ἦλθον ἀκοῦσαι αὐτοῦ, καὶ ἰαθῆναι ἀπὸ τῶν νόσων αὐτῶν, καὶ οἱ ὀχλούμενοι ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων, καὶ ἐθεραπεύοντο. καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἐζήτει ἅπτεσθαι αὐτοῦ, ὅτι δύναμις παρ' αὐτοῦ ἐξήρχετο,

καὶ

ac dedit etiam his qui secum erant, quos nō licet edere, nisi tantum sacerdotibus? Et dicebat illis: Dominus est filius hominis etiam sabbati. Factum est autē & in alio sabbato, ut intraret in synagogā, ac doceret. Et erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida. Obseruabant autem eum scribæ ac pharisæi, an in sabbato sanaturus esset, ut inuenirent unde accusarent eū. Ipse uero sciebat cogitationes eorum, & ait homini qui habebat manum aridam: Surge, & sta in medio. Et surgēs stetit. Ait igitur ad illos Iesus: Interrogabo uos, utrum licet sabbatis benefacere an malefacere, animam seruare an perdere? Et circumspectis omnibus, dixit homini: Extende manum tuam. Ille autem fecit, & restituta est manus eius sana sicut altera. Ipsi autem repleti sunt amentia, & colloquebantur inter sese, qd nam facerent Iesu. Factum est autem in illis diebus, exijt in montem ad orādum, erátq; pernoctans in deprecatiōe dei. Et cum dies factus esset, uocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & apostolos nominauit, Simonem, quē & nominauit Petrum, & Andream fratrem eius, Iacobum & Iohannem, Philippum & Bartholomæum, Matthæum & Thomam, Iacobum Alphæi filium & Simonem qui uocatur Zelotes, & Iudam Iacobi, & Iudam Iscariotem, qui idem fuit proditor. Et descendens cum illis, stetit in loco campestri turbáq; discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ex omni Iudæa & Hierusalem, & à maritima Tyro & Sidone, qui uenerant ut audirent eum, & sanarentur à morbis suis, & qui uexabantur à spiritibus immundis, & sanabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere, quia uirtus ab illo exibat,

&

Digitized by Google

μς ἡ ἰᾶτο πάντας. *καὶ αὐτὸς ἐπάρας τοὺς ὀφθαλ
ε μοὺς αὐτοῦ εἰς τοὺς μαθητὰς, ἔλεγε.* μακάριοι
μζ οἱ πτωχοὶ, ὅτι ὑμετέρα ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ
ε *μακάριοι οἱ πεινῶντες νῦν, ὅτι χορτασθήσε
μη σθε. μακάριοι οἱ κλαίοντες νῦν, ὅτι γελάσετε.
ε *μακάριοί ἐστε, ὅταν μισήσωσιν ὑμᾶς οἱ ἄν
μθ θρωποι, καὶ ἀφορίζωσιν ὑμᾶς, καὶ ὀνειδίσωσι, &
ε ἐκβάλωσι τὸ ὄνομα ὑμῶν ὡς πονηρὸν, ἕνεκα τοῦ
υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. χαίρετε ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ
καὶ σκιρτήσατε, ἰδοὺ γὰρ ὁ μισθὸς ὑμῶν
πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. κατὰ ταῦτα γὰρ ἐ
ποίουν τοῖς προφήταις οἱ πατέρες αὐτῶν.
πλὴν οὐαὶ ὑμῖν τοῖς πλουσίοις, ὅτι ἀπέχε
π τὴν παράκλησιν ὑμῶν. * οὐαὶ ὑμῖν, οἱ
ε ἐμπεπλησμένοι, ὅτι πεινάσετε. οὐαὶ ὑμῖν,
οἱ γελῶντες νῦν, ὅτι πενθήσετε καὶ κλαύσε
με. * οὐαὶ ὑμῖν, ὅταν καλῶς ὑμᾶς εἴπωσι
ε πάντες οἱ ἄνθρωποι. κατὰ ταῦτα γὰρ ἐποί
ουν τοῖς ψευδοπροφήταις οἱ πατέρες αὐτῶν.
μβ * ἀλλ' ὑμῖν λέγω τοῖς ἀκούουσιν, ἀγαπᾶτε
ε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καλῶς ποιεῖτε τοῖς μι
σοῦσιν ὑμᾶς. εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους
ὑμᾶς, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόν
μγ των ὑμᾶς. * τῷ τύπτοντί σε ἐπὶ τὴν σιαγό
ε να, πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην. καὶ ἀπὸ τοῦ αἴ
ροντός σου τὸ ἱμάτιον, & τὸν χιτῶνα μὴ κω
λύσῃς. παντὶ δὲ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου. καὶ
μδ ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σὰ, μὴ ἀπαίτει. * καὶ
ε καθὼς θέλετε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρω
ποι, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς ὁμοίως. καὶ εἰ
ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, ποία ὑ
μῖν χάρις ἐστί; καὶ γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ τοὺς
ἀγαπῶντας αὐτοὺς ἀγαπῶσι. καὶ ἐὰν ἀγα
θοποιῆτε τοὺς ἀγαθοποιοῦντας ὑμᾶς, ποία
ὑμῖν χάρις ἐστί; καὶ γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ τὸ
αὐτὸ ποιοῦσι. καὶ ἐὰν δανείζητε παρ' ὧν ἐλ
πίζετε ἀπολαβεῖν, ποία ὑμῖν χάρις ἐστίν; καὶ
γὰρ ἁμαρτωλοὶ ἁμαρτωλοῖς δανείζουσιν,
ἵνα ἀπολάβωσι τὰ ἴσα. πλὴν ἀγαπᾶτε τοὺς
ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ ἀγαθοποιεῖτε καὶ δανείζε
τε μηδὲν ἀπελπίζοντες. καὶ ἔσται ὁ μισθὸς
ὑμῶν

& ſanabat omnes. Et ipſe attollens oculos ſuos in diſcipulos, dicebat: Beati pauperes, quia ueſtrum eſt regnum dei. Beati qui eſuritis nũc, quia ſaturabimini. Beati qui fletis nũc, quia ridebitis. Beati eritis cum uos oderint homines, & ſeparauerint uos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen ueſtrum tanquam malum propter filium hominis. Gaudete in illo die & exultate, ecce enim merces ueſtra multa eſt in cœlis. Secundum hæc enim faciebant prophetis patres eorum. Veruntamen uæ uobis diuitibus, qui habetis conſolationem ueſtram. Væ uobis, qui ſaturati eſtis, quia eſurietis. Væ uobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Væ cũ laudauerint uos omnes homines. Secundum hæc enim faciebant pſeudoprophetis patres eorum. Sed uobis dico qui auditis, Diligite inimicos ueſtros: benefacite his qui uos oderunt. Benedicite maledicentibus uobis, & orate pro calumniantibus uos. Percutienti te in maxillam, præbe & alteram, & ab eo qui aufert tibi pallium, etiam tunicam noli prohibere. Omni autem exigẽti abs te, tribue, & ab eo qui aufert quæ tua ſunt, ne repoſcas. Et prout uultis ut faciant uobis homines, uos quoque facite illis ſimiliter. Et ſi diligitis eos qui uos diligunt, quæ uobis eſt gratia? Nam & peccatores eos à quibus diliguntur, diligunt. Et ſi benefeceritis his qui uobis benefaciunt, quæ uobis eſt gratia? Siquidem & peccatores hoc faciunt. Et ſi mutuum dederitis his à quibus ſperatis uos recepturos, quæ gratia eſt uobis? Nam & peccatores peccatoribus dant mutuum, ut recipiant paria. Quin immò diligite inimicos ueſtros, & benefacite, & mutuum date, nihil inde ſperantes, & erit merces

ueſtra

Digitized by Google

ὑμῶν πολὺς, καὶ ἔσεσθε υἱοὶ τοῦ ὑψίστου, ὅτι
αὐτὸς χρηστός ἐστιν ἐπὶ τοὺς ἀχαρίστους καὶ πο-
νηροὺς. γίνεσθε οὖν οἰκτίρμονες, καθὼς καὶ ὁ
μς β πατὴρ ὑμῶν οἰκτίρμων ἐστι. * Μὴ κρίνετε,
καὶ οὐ μὴ κριθῆτε. μὴ καταδικάζετε, καὶ οὐ
μὴ καταδικασθῆτε. ἀπολύετε, καὶ ἀπολυ-
θήσεσθε. δίδοτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν. μέ-
τρον καλὸν πεπιεσμένον, καὶ σεσαλευμένον,
καὶ ὑπερεκχυνόμενον δώσουσιν εἰς τὸν κόλ
πον ὑμῶν. τῷ γὰρ αὐτῷ μέτρῳ ᾧ μετρεῖ-
μζ τε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. * Εἶπε δὲ παρα-
ε βολὴν αὐτοῖς. μὴ δύναται τυφλὸς τυ-
φλὸν ὁδηγεῖν; οὐχὶ ἀμφότεροι εἰς βόθυνον
μη πεσοῦνται. * οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν δι-
γ δάσκαλον αὐτοῦ, κατηρτισμένος δὲ πᾶς
μθ ἔσται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ. * τί δὲ βλέ-
πεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ
ε σου, τὴν δὲ δοκὸν τὴν ἐν τῷ ἰδίῳ ὀφθαλμῷ,
οὐ κατανοεῖς; ἢ πῶς δύνασαι λέγειν τῷ
ἀδελφῷ σου, ἀδελφέ, ἄφες ἐκβαλῶ τὸ κάρ-
φος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου, αὐτὸς τὴν ἐν
τῷ ὀφθαλμῷ σου δοκὸν οὐ βλέπων; ὑπο-
κριτά, ἔκβαλε πρῶτον τὴν δοκὸν ἐκ τοῦ
ὀφθαλμοῦ σου, καὶ τότε διαβλέψεις, ἐκβαλεῖν
τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ
ξ σου. * Οὐ γάρ ἐστι δένδρον καλὸν, ποιοῦν κάρ
ε πον σαπρόν. οὐ δὲ δένδρον σαπρόν, ποιοῦν κάρ
πον καλόν. ἕκαστον γὰρ δένδρον ἐκ τοῦ
ξα ἰδίου καρποῦ γινώσκεται. * οὐ γὰρ ἐξ ἀκανθῶν
ε συλλέγουσι σῦκα, οὐδὲ ἐκ βάτου τρυγῶσι βό
τρυν. * ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγα-
ξβ θοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ προφέρει τὸ ἀ-
ε γαθόν. καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ πονη-
ρου θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ προφέρει τὸ πονη-
ρόν. ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας λα
ξγ λεῖ τὸ στόμα αὐτοῦ. * τί δέ με καλεῖτε κύριε,
γ κύριε, καὶ οὐ ποιεῖτε ἃ λέγω. * πᾶς ὁ ἐρχόμε-
ξδ νος πρός με, καὶ ἀκούων μου τῶν λόγων, καὶ
ε ποιῶν αὐτούς, ὑποδείξω ὑμῖν τίνι ἐστὶν ὅμοι
ος. ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδομοῦντι οἰκί-
αν, ὃς ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε, καὶ ἔθηκε θεμέλιον
ἐπὶ

ueſtra multa. & eritis filij altiſſimi, quia ipſe benignus eſt erga ingratos ac malos. Eſtote ergo miſericordes, ſicut & pater ueſter miſericors eſt. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini: Remittite, & remittetur uobis. Date, & dabitur uobis. Menſuram bonam & confertam, & concuſſam atque exundantem dabunt in ſinum ueſtrum. Eadem quippe menſura qua metimini, metientur alij uobis. Dicebat autem illis ſimilitudinem: Nunquid poteſt cæcus cæcum ducere? nónne ambo in foueam cadunt? Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum ſuum: perfectus autē omnis erit, ſicut magiſter ipſius. Quid autem uides feſtucā in oculo fratris tui, trabem autem quæ in oculo proprio eſt, non animaduertis? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: frater, ſine eijciam feſtucam quæ in oculo tuo eſt, ipſe in oculo tuo trabem non uides? Hypocrita, eijce primum trabem ex oculo tuo, & tunc perſpicies, ut eijcias feſtucam, quæ eſt in oculo fratris tui. Non eſt enim arbor bona, quæ facit fructum malum: neque arbor mala, faciens fructum bonum. Vnaquæq; enim arbor ex fructu ſuo cognoſcitur. Neque enim è ſpinis colligunt ficus, neque è rubo uindemiant uuam. Bonus homo ex bono theſauro cordis ſui profert bonum, & malus homo ex malo theſauro cordis ſui profert malum. Ex abundantia enim cordis loquitur os eius. Quid autem uocatis me domine, domine, & non facitis quæ dico? Quiſquis uenit ad me, & audit ſermones meos, & facit eos, oſtendam uobis, cui ſimilis ſit. Similis eſt homini, ædificanti domum: qui fodit in altum, & poſuit fundamentum

Digitized by Google

ἐπὶ τὴν πέτραν, πλημμύρας δὲ γενομένης, προσέρρηξεν ὁ ποταμὸς τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, καὶ οὐκ ἴσχυσε σαλεῦσαι αὐτήν, τεθεμελίωτο γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν. ὁ δὲ ἀκούσας, καὶ μὴ ποιήσας, ὁμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδομήσαντι οἰκίαν ἐπὶ τὴν γῆν χωρὶς θεμελίου, ᾗ προσέρρηξεν ὁ ποταμός, καὶ εὐθέως ἔπεσε, καὶ ἐγένετο τὸ ῥῆγμα τῆς οἰκίας ἐκείνης μέγα.

super petram. Inundatione autem facta illisum est flumen domui illi, & non potuit eam mouere. Fundata enim erat super petram. Qui autem audiuit & non fecit, similis est homini, qui ædificauit domum suam super terram, absque fundamento, in quam illisus est fluuius, & cõtinuo cecidit, & facta est ruina domus illius magna.

ξε γ * Ἐπεὶ δὲ ἐπλήρωσε πάντα τὰ ῥήματα αὐτοῦ εἰς τὰς ἀκοὰς τοῦ λαοῦ, εἰσῆλθεν εἰς Καπερναούμ. ἑκατοντάρχου δέ τινος δοῦλος κακῶς ἔχων, ἤμελλε τελευτᾶν, ὃς ἦν αὐτῷ ἔντιμος. ἀκούσας δὲ περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν πρεσβυτέρους τῶν Ἰουδαίων, ἐρωτῶν αὐτόν, ὅπως ἐλθὼν διασώσῃ τὸν δοῦλον αὐτοῦ. οἱ δὲ παραγενόμενοι πρὸς τὸν Ἰησοῦν, παρεκάλουν αὐτὸν σπουδαίως, λέγοντες, ὅτι ἄξιός ἐστιν ᾧ παρέξῃ τοῦτο, ἀγαπᾷ γὰρ τὸ ἔθνος ἡμῶν, καὶ τὴν συναγωγὴν αὐτὸς ᾠκοδόμησεν ἡμῖν. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐπορεύετο σὺν αὐτοῖς. ἤδη δὲ αὐτοῦ οὐ μακρὰν ἀπέχοντος ἀπὸ τῆς οἰκίας, ἔπεμψε πρὸς αὐτὸν ὁ ἑκατόνταρχος φίλους, λέγων αὐτῷ· κύριε, μὴ σκύλλου, οὐ γάρ εἰμι ἱκανὸς, ἵνα ὑπὸ τὴν στέγην μου εἰσέλθῃς. Διὸ οὐδὲ ἐμαυτὸν ἠξίωσα πρός σε ἐλθεῖν, ἀλλὰ εἰπὲ λόγῳ, καὶ ἰαθήσεται ὁ παῖς μου. καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν τασσόμενος, ἔχων ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας, καὶ λέγω τούτῳ, πορεύθητι, καὶ πορεύεται. καὶ ἄλλῳ, ἔρχου, καὶ ἔρχεται. καὶ τῷ δούλῳ μου, ποίησον τοῦτο, καὶ ποιεῖ. ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἰησοῦς, ἐθαύμασεν αὐτόν· καὶ στραφεὶς τῷ ἀκολουθοῦντι αὐτῷ ὄχλῳ εἶπε· λέγω ὑμῖν, οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον. * καὶ ὑποστρέψαντες οἱ πεμφθέντες εἰς τὸν οἶκον, εὗρον τὸν ἀσθενοῦντα δοῦλον ὑγιαίνοντα. * καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἑξῆς ἐπορεύετο εἰς πόλιν, καλουμένην Ναΐν, καὶ συνεπορεύοντο αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἱκανοὶ, καὶ ὄχλος πολὺς

VII

Cum autem consumasset omnia uerba sua audiente populo, intrauit Capernaum. Centurionis autem cuiusdam seruus male habens, agebat animam, qui illi erat charus: Cum audisset autem de Iesu, misit ad eum seniores Iudæorum, rogans eum, ut ueniret & seruaret seruum suum. At illi cum uenissent ad Iesum, rogabant eum studiose, dicentes: Dignus est, ut hoc illi præstes. Diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis. Iesus autem ibat cum illis. Et cum iam non longe abesset à domo, misit ad eum centurio amicos, dicens ei: Domine, noli uexari. Non enim sum dignus, ut sub tectum meum intres. Quapropter nec meipsum sum dignum arbitratus, ut uenirem ad te, sed dic uerbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, uade, ac uadit: & alteri, ueni, ac uenit: & seruo meo, fac hoc, ac facit. Auditis autem his Iesus, miratus est eum, & conuersus, sequenti se turbæ dixit: Dico uobis, ne in Israël quidem tantam fidem inueni. Et reuersi, qui missi fuerant, in domum, inuenerunt seruum qui languerat, sanum. Et factum est, deinceps ibat in ciuitatem, quæ uocatur Nain, & ibant cum eo discipuli eius multi, turbáque

copiosa

πολύς. ὡς δὲ ἤγγισε τῇ πύλῃ τῆς πόλεως, καὶ ἰδοὺ ἐξεκομίζετο τεθνηκὼς υἱὸς μονογενὴς τῇ μητρὶ αὐτοῦ. καὶ αὕτη ἦν χήρα, καὶ ὄχλος τῆς πόλεως ἱκανὸς σὺν αὐτῇ. καὶ ἰδὼν αὐτὴν ὁ κύριος, ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτῇ, καὶ εἶπεν αὐτῇ. Μὴ κλαῖε. καὶ προσελθὼν, ἥψατο τῆς σοροῦ. οἱ δὲ βαστάζοντες ἔστησαν, καὶ εἶπε. Νεανίσκε, σοὶ λέγω, ἐγέρθητι, καὶ ἀνεκάθισεν ὁ νεκρὸς, καὶ ἤρξατο λαλεῖν. Καὶ ἔδωκεν αὐτὸν τῇ μητρὶ αὐτοῦ. ἔλαβε δὲ φόβος πάντας, καὶ ἐδόξαζον τὸν θεὸν, λέγοντες. ὅτι προφήτης μέγας ἠγήγερται ἐν ἡμῖν, καὶ ὅτι ἐπεσκέψατο ὁ θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ. * καὶ ἐξῆλθεν ὁ λόγος οὗτος ἐν ὅλῃ τῇ Ἰουδαίᾳ περὶ αὐτοῦ, καὶ ἐν πάσῃ τῇ περιχώρῳ. * καὶ ἀπήγγειλαν Ἰωάννῃ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ περὶ πάντων τούτων. καὶ προσκαλεσάμενος δύο τινὰς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ὁ Ἰωάννης, ἔπεμψε πρὸς τὸν Ἰησοῦν, λέγων. Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἄλλον προσδοκῶμεν; παραγενόμενοι δὲ πρὸς αὐτὸν οἱ ἄνδρες, εἶπον. Ἰωάννης ὁ βαπτιστὴς ἀπέσταλκεν ἡμᾶς πρός σε, λέγων. Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἄλλον προσδοκῶμεν; ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ὥρᾳ ἐθεράπευσε πολλοὺς ἀπὸ νόσων, καὶ μαστίγων, καὶ πνευμάτων πονηρῶν, καὶ τυφλοῖς πολλοῖς ἐχαρίσατο τὸ βλέπειν. καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς. πορευθέντες ἀπαγγείλατε Ἰωάννῃ, ἃ εἴδετε καὶ ἠκούσατε, ὅτι τυφλοὶ ἀναβλέπουσι, χωλοὶ περιπατοῦσι, λεπροὶ καθαρίζονται, κωφοὶ ἀκούουσι, νεκροὶ ἐγείρονται, πτωχοὶ εὐαγγελίζονται, καὶ μακάριός ἐστιν, ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί. Ἀπελθόντων δὲ τῶν ἀγγέλων Ἰωάννου, ἤρξατο λέγειν πρὸς τοὺς ὄχλους περὶ Ἰωάννου. Τί ἐξήλθατε εἰς τὴν ἔρημον θεάσασθαι; κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον; Ἀλλὰ τί ἐξήλθατε ἰδεῖν; ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον; ἰδοὺ οἱ ἐν ἱματισμῷ ἐνδόξῳ, καὶ τρυφῇ ὑπάρχοντες, ἐν τοῖς βασιλείοις εἰσίν. Ἀλλὰ τί ἐξήλθατε ἰδεῖν; προφήτην; Ναὶ λέγω ὑμῖν, καὶ περισσότερον προφήτου

θ copiosa. Cum aũt appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebat filius unicus matri suæ. & hæc uidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cũ uidisset dominus, misericordia motus sup eã, dixit illi: Noli flere. Et accessit, tetigitq; loculũ. Porrò qui portabãt substiterunt. Et ait: Adolescens, tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri suæ. Accepit aũt omnes timor, & glorificabãt deum, dicẽtes: Propheta magn⁹ surrexit inter nos, & deus uisitauit plebem suã. Et exĳt hic rumor in uniuersam Iudæam de eo, & omnem finitimã regionem. Et nunciaue runt Iohanni discipuli ipsius de his omĩ bus. Et conuocauit duos de discipulis suis Iohannes, misitque ad Iesum, dicens: Tu es qui uenturus es, an aliũ expectamus? Cum autem uenissent ad eum uiri, dixerunt: Iohãnes baptista misit nos ad te, dicẽs: Tu es ille qui uenturus erat, an alium expectamus? In eadem autem hora multos curauit à morbis ac plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis donauit uisum. Et respondens dixit illis: Euntes renũciate Iohanni, quæ uidistis & audistis, quod cæci uident, daudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperibus annunciatur euangelium, & beatus est quicunq; non fuerit offensus per me. Et cum discessissent nunciĳ Iohannis, cœpit de Iohanne dicere ad turbas: Quid existis in desertum ut uideretis? arundinem uento agitari? Sed quid existis uisuri? hominem mollibus uestimentis indutum? Ecce qui uestitu splendido uestiuntur, & in delitĳs agunt, in aulis Regum sunt. Sed quid existis ad uidendum? prophetam? Vtique dico uobis, & plus quam

Digitized by Google

ὁ προφήτου. * οὗτός ἐστι περὶ οὗ γέγραπται. » prophetam. Hic est de quo scriptum est,
ς ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ » Ecce mitto angelum meum ante faciem
προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν » tuam, qui præparabit uiam tuam ante
οα σου ἔμπροσθέν σου. * λέγω γὰρ ὑμῖν. μείζων te. Dico enim uobis: Maior inter natos
ε ἐν γεννητοῖς γυναικῶν προφήτης ἰωάννου τοῦ mulierum propheta Iohanne baptista
βαπτιστοῦ· οὐδείς ἐστιν. ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ nemo est. Attamen qui minor est in re-
οβ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ, μείζων αὐτοῦ ἐστι. * καὶ πᾶς gno dei, maior est illo. Et ois populus au-
ι ὁ λαὸς ἀκούσας καὶ οἱ τελῶναι ἐδικαίωσαν diens, & publicani iustificauerũt deum,
τὸν θεόν, βαπτισθέντες τὸ βάπτισμα ἰωάννου. baptizati baptismo Iohannis. Pharisæi
οἱ δὲ φαρισαῖοι καὶ οἱ νομικοὶ τὴν βουλὴν τοῦ autem & legisperiti consilium dei spreue
θεοῦ ἠθέτησαν εἰς ἑαυτούς, μὴ βαπτισθέντες runt aduersus semetipsos, non baptizati
οη ὑπ' αὐτοῦ. εἶπε δὲ ὁ κύριος. * τίνι οὖν ὁμοιώσω ab eo. Ait autem dominus: Cui ergo si-
ε τοὺς ἀνθρώπους τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ τίνι miles dicã homines generationis huius,
εἰσὶν ὅμοιοι; ὅμοιοί εἰσι παιδίοις τοῖς ἐν & cui similes sunt? Similes sũt pueris se-
ἀγορᾷ καθημένοις, καὶ προσφωνοῦσιν ἀλλήλοις, dentibus in foro, & acclamantibus inter
καὶ λέγουσιν. ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ se ac dicentibus: Cantauimus uobis ti-
ὠρχήσασθε, ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ biis, & non saltastis. Cecinimus uobis lu-
ἐκλαύσατε. ἐλήλυθε γὰρ ἰωάννης ὁ βαπτιστής, gubria, & non ploraſtis. Venit enim Io-
μὴ ἄρτον ἐσθίων, μὴ οἶνον πίνων, καὶ hannes baptista neq; edens panẽ, neq;
λέγετε, δαιμόνιον ἔχει. ἐλήλυθεν ὁ υἱὸς τοῦ bibens uinum, & dicitis: Dæmonium ha-
ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ πίνων, καὶ λέγετε. bet. Venit filius hominis èdens ac bibẽs,
ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης, & dicitis: Ecce homo edax, & uinipotor,
τελωνῶν φίλος καὶ ἁμαρτωλῶν. καὶ ἐδικαιώθη amicus publicanorũ ac peccatorũ. Et iu-
ἡ σοφία ἀπὸ πάντων τῶν τέκνων αὐτῆς. stificata est sapientia à filijs suis omnibus.
οζ * ἠρώτα δέ τις αὐτὸν τῶν φαρισαίων, Rogabat autem illum quidam è phari-
α ἵνα φάγῃ μετ' αὐτοῦ, καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸν οἶκον sa is, ut caperet cibũ cũ ipso. Et ingressus
κα τοῦ φαρισαίου ἀνεκλίθη. καὶ ἰδοὺ γυνὴ ἐν domum pharisæi, accubuit. Et ecce muli-
τῇ πόλει, ἥτις ἦν ἁμαρτωλός, ἐπιγνοῦσα, ὅτι er quæ fuerat in ciuitate peccatrix, ut co-
ἀνάκειται ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ φαρισαίου, κομίσασα gnouit, quod Iesus accubuisset in domo
ἀλάβαστρον μύρου, καὶ στᾶσα παρὰ τοὺς πόδας pharisæi, attulit alabastrum unguenti,
αὐτοῦ ὀπίσω κλαίουσα, ἤρξατο βρέχειν stánsq; ad pedes eius à tergo flẽs, lachry-
τοὺς πόδας αὐτοῦ τοῖς δάκρυσι, καὶ ταῖς θριξὶ mis cœpit rigare pedes eius, & capillis ca-
τῆς κεφαλῆς αὐτῆς ἐξέμασσε, καὶ κατεφίλει pitis sui extergebat, & deosculabatur pe-
τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἤλειφε τῷ μύρῳ. ἰδὼν des eius, & unguento ungebat. Videns
δὲ ὁ φαρισαῖος ὁ καλέσας αὐτόν, εἶπεν ἐν autem pharisæus, qui uocauerat eum, ait
ἑαυτῷ, λέγων. οὗτος εἰ ἦν προφήτης, ἐγίνωσκεν intra se, dicens: Hic si esset propheta, sci-
ἂν, τίς καὶ ποταπὴ ἡ γυνή, ἥτις ἅπτεται ret utiq; quæ & qualis est mulier, quæ tã-
αὐτοῦ, ὅτι ἁμαρτωλός ἐστι. καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπε πρὸς αὐτόν. Σίμων, git ipsum, quia peccatrix est. Et respõdẽs
ἔχω σοί τι εἰπεῖν. ὁ δέ φησι, διδάσκαλε, εἰπέ. Iesus dixit ad illũ: Simon, habeo quid-
Δύο χρεοφειλέται ἦσαν δανιστῇ τινί, ὁ dam quod tibi dicã. At ille ait: Magister
dic. Duo debitores erãt quidã creditori,

εἷς unus

ἷς ὤφλε δηνάρια πεντακόσια, ὁ δὲ ἕτερος πεντήκοντα, μὴ ἐχόντων δὲ αὐτῶν ἀποδοῦναι, ἀμφοτέροις ἐχαρίσατο. τίς οὖν αὐτῶν εἰπὲ πλεῖον αὐτὸν ἀγαπήσει; Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ σίμων, εἶπεν. ὑπολαμβάνω, ὅτι ᾧ τὸ πλεῖον ἐχαρίσατο. ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ. ὀρθῶς ἔκρινας, καὶ στραφεὶς πρὸς τὴν γυναῖκα, τῷ σίμωνι ἔφη. βλέπεις ταύτην τὴν γυναῖκα; εἰσῆλθόν σου εἰς τὴν οἰκίαν, ὕδωρ ἐπὶ τοὺς πόδας μου οὐκ ἔδωκας, αὕτη δὲ τοῖς δάκρυσιν ἔβρεξέ μου τοὺς πόδας. καὶ ταῖς θριξὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς ἐξέμαξε, φίλημά μοι οὐκ ἔδωκας, αὕτη δὲ ἀφ᾽ ἧς εἰσῆλθον, οὐ διέλειπε καταφιλοῦσά μου τοὺς πόδας. ἠλείψω τὴν κεφαλήν μου οὐκ ἤλειψας, αὕτη δὲ μύρῳ ἤλειψέ μου τοὺς πόδας. οὗ χάριν λέγω σοι, ἀφέωνται αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαί, ὅτι ἠγάπησε πολύ. ᾧ δὲ ὀλίγον ἀφίεται, ὀλίγον ἀγαπᾷ. εἶπε δὲ αὐτῇ. ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι. καὶ ἤρξαντο οἱ συνανακείμενοι λέγειν ἐν ἑαυτοῖς, τίς οὗτός ἐστιν, ὃς καὶ ἁμαρτίας ἀφίησιν; εἶπε δὲ πρὸς τὴν γυναῖκα. ἡ πίστις σου σέσωκέ σε, πορεύου εἰς εἰρήνην.

οε * καὶ ἐγένετο ἐν τῷ καθεξῆς, καὶ αὐτὸς
ι διώδευε κατὰ πόλιν καὶ κώμην κηρύσσων, καὶ εὐαγγελιζόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ καὶ οἱ δώδεκα σὺν αὐτῷ, καὶ γυναῖκές τινες αἱ ἦσαν τεθεραπευμέναι ἀπὸ πνευμάτων πονηρῶν καὶ ἀσθενειῶν, Μαρία ἡ καλουμένη Μαγδαληνή, ἀφ᾽ ἧς δαιμόνια ἑπτὰ ἐξεληλύθει, καὶ Ἰωάννα γυνὴ Χουζᾶ, ἐπιτρόπου Ἡρῴδου, καὶ Σουσάννα, καὶ ἕτεραι πολλαί, αἵτινες διηκόνουν αὐτοῖς ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων αὐταῖς.

ος * συνιόντος δὲ ὄχλου πολλοῦ, καὶ τῶν κατὰ
ε πόλιν ἐπιπορευομένων πρὸς αὐτόν, εἶπε διὰ παραβολῆς. ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι κβ τὸν σπόρον αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ σπείρειν αὐτόν, ὃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδόν, καὶ κατεπατήθη, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατέφαγεν αὐτό. καὶ ἕτερον ἔπεσεν ἐπὶ τὴν πέτραν καὶ φυὲν

unus debebat denarios quingentos, & alter quinquaginta. Cum autem illi non essent soluendo, condonauit utrisq. Horum igitur, dic uter eum plus diliget? Respondens Simon, dixit: Existimo, quod is cui plus cõdonauit. At ille dixit ei: Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intraui in domũ tuam, aquã pedibus meis non dedisti, hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis capitis sui extersit. Osculum mihi non dedisti, hæc autem ex quo intraui, non cessauit deosculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti, hæc autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittantur peccata eius multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus remittitur, is minus diligit. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt qui simul accumbebant dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata remittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit. uade cum pace.

VIII Et factum est deinceps, & ipse iter faciebat per singulas ciuitates & castella, prædicans & annuncians regnum dei, & duodecim cum illo, simulq; mulieres aliquæ, quæ erãt sanatæ à spiritibus malis, & infirmitatibus: Maria quæ uocat' Magdalene, de qua septem dæmonia exierant, & Ioanna uxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabãt ei de facultatibus suis. Cum autem turba plurima conueniret, & è singulis ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinẽ: Exijt qui sementẽ faciebat ad seminandũ semẽ suũ: & inter seminãdũ, aliud cecidit circa uiã, & cõculcatum est, & uolucres cœli comederunt illud. Et aliud cecidit sup petrã, &

φῦεν ἐξηράνθη διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἰκμάδα. καὶ ἕτερον ἔπεσεν ἐν μέσῳ τῶν ἀκανθῶν, καὶ συμφυεῖσαι αἱ ἄκανθαι ἀπέπνιξαν αὐτό. καὶ ἕτερον ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν, καὶ φῦεν, ἐποίησε καρπὸν ἑκατονταπλασίονα. ταῦτα λέγων ἐφώνει, Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω. Ἐπηρώτων δὲ αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες. τίς εἴη ἡ παραβολὴ αὕτη. Ὁ δὲ εἶπεν. ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ, * τοῖς δὲ λοιποῖς ἐν παραβολαῖς, ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι, καὶ ἀκούοντες μὴ συνιῶσιν. * Ἔστι δὲ αὕτη ἡ παραβολή. Ὁ σπόρος ἐστὶν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ. οἱ δὲ παρὰ τὴν ὁδόν εἰσιν, οἱ ἀκούσαντες, εἶτα ἔρχεται ὁ διάβολος, καὶ αἴρει τὸν λόγον ἀπὸ τῆς καρδίας αὐτῶν, ἵνα μὴ πιστεύσαντες σωθῶσιν. οἱ δὲ ἐπὶ τῆς πέτρας, οἵτινες ὅταν ἀκούσωσι μετὰ χαρᾶς δέχονται τὸν λόγον, καὶ οὗτοι ῥίζαν οὐκ ἔχουσιν, οἱ πρὸς καιρὸν πιστεύουσι, καὶ ἐν καιρῷ πειρασμοῦ ἀφίστανται. τὸ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας πεσόν, οὗτοί εἰσιν οἱ ἀκούσαντες, καὶ ὑπὸ μεριμνῶν καὶ πλούτου, καὶ ἡδονῶν τοῦ βίου πορευόμενοι συμπνίγονται, καὶ οὐ τελεσφοροῦσι. Τὸ δὲ ἐν τῇ καλῇ γῇ, οὗτοί εἰσιν, οἵτινες ἐν καρδίᾳ καλῇ καὶ ἀγαθῇ ἀκούσαντες τὸν λόγον κατέχουσι, καὶ καρποφοροῦσιν ἐν ὑπομονῇ. * Οὐδεὶς δὲ λύχνον ἅψας καλύπτει αὐτὸν σκεύει, ἢ ὑποκάτω κλίνης τίθησιν, ἀλλ' ἐπὶ λυχνίας ἐπιτίθησιν, ἵνα οἱ εἰσπορευόμενοι βλέπωσι τὸ φῶς. οὐ γάρ ἐστι κρυπτὸν ὃ οὐ φανερὸν γενήσεται. * οὐδὲ ἀπόκρυφον, ὃ οὐ γνωσθήσεται, καὶ εἰς φανερὸν ἔλθῃ. * Βλέπετε οὖν πῶς ἀκούετε. ὃς γὰρ ἐὰν ἔχῃ, δοθήσεται αὐτῷ. καὶ ὃς ἐὰν μὴ ἔχῃ, καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ. * Παρεγένοντο δὲ πρὸς αὐτὸν ἡ μήτηρ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἠδύναντο συντυχεῖν αὐτῷ διὰ τὸν ὄχλον, καὶ ἀπηγγέλθη αὐτῷ λεγόντων. Ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἑστήκασιν ἔξω

enatum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas, & simul enatæ spinæ suffocauerũt illud. Et aliud cecidit in terram bonam, & enatum fecit fructum centuplum. Hæc dicens damabat: Qui habet aures ad audiendum, audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius, dicentes: quæ esset ista parabola. At ille dixit: Vobis datum est nosse mysteria regni dei, cæteris autẽ per parabolas, ut uidentes non uideant, & audientes non intelligant. Est autem hæc parabola. Semen est sermo dei. Qui autem iuxta uiam, hi sunt qui audiunt, deinde uenit diabolus, & tollit sermonem de corde eorum, ne credentes seruentur. Nam qui super petram, ij sunt qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt sermonem. & hi radices non habent, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinas cecidit, hi sunt qui audierunt, & à solicitudinibus & diuitijs ac uoluptatibus uitæ euntes suffocantur, nec referũt fructum. Quod autem in bonam terram, hi sunt, qui in corde honesto ac bono audiẽtes sermonem retinent, & fructum afferũt per patientiam. Nemo uero cum lucernam accenderit, operit eam uase, aut subter lectum ponit, sed super candelabrum ponit, ut intrantes uideant lumen. Non est enim occultum, quod non manifestum sit futurum: nec absconditum, quod non sit cognoscendum, & in propatulum uenturum. Videte ergo quomodo audiatis. Quisquis enim habet, dabitur illi, & qui cunq; nõ habet, etiã quod putat se habere, auferetur ab illo. Venerunt autem ad illum mater & fratres eius, & non poterant adire eũ præ turba, & nũciatum est illi dictũq; Mater tua & fratres tui stant foris,

Digitized by Google

ἔξω, ἰδεῖν σε θέλοντες. ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶ/
πε πρὸς αὐτούς. Μήτηρ μου καὶ ἀδελφοί μου
οὗτοί εἰσιν, οἱ τὸν λόγον τοῦ θεοῦ ἀκούοντες,
πγ καὶ ποιοῦντες αὐτόν. * Καὶ ἐγένετο ἐν μιᾷ
6 τῶν ἡμερῶν, καὶ αὐτὸς ἐνέβη εἰς πλοῖον,
καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ εἶπε πρὸς αὐ/
τούς. Διέλθωμεν εἰς τὸ πέραν τῆς λίμνης,
καὶ ἀνήχθησαν. Πλεόντων δὲ αὐτῶν ἀφύπνω/
σεν, καὶ κατέβη λαῖλαψ ἀνέμου εἰς τὴν λί/
μνην, καὶ συνεπληροῦντο καὶ ἐκινδύνευον.
Προσελθόντες δὲ διήγειραν αὐτόν, λέγοντες.
Ἐπιστάτα, ἐπιστάτα, ἀπολλύμεθα. ὁ δὲ ἐγερ κγ
θεὶς ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ καὶ τῷ κλύδωνι
τοῦ ὕδατος. Καὶ ἐπαύσαντο, καὶ ἐγένετο γα
λήνη. Εἶπε δὲ αὐτοῖς. Ποῦ ἐστιν ἡ πίστις ὑμῶν;
φοβηθέντες δὲ ἐθαύμασαν, λέγοντες, πρὸς
ἀλλήλους. Τίς ἄρα οὗτός ἐστιν; ὅτι καὶ
τοῖς ἀνέμοις ἐπιτάσσει καὶ τῷ ὕδατι, καὶ
ὑπακούουσιν αὐτῷ; Καὶ κατέπλευσαν εἰς
τὴν χώραν τῶν Γαδαρηνῶν, ἥ τις ἐστὶν ἀντί/
πέρα τῆς Γαλιλαίας. Ἐξελθόντι δὲ αὐτῷ ἐπὶ
τὴν γῆν, ὑπήντησεν αὐτῷ ἀνήρ τις ἐκ τῆς
πόλεως, ὃς εἶχε δαιμόνια ἐκ χρόνων ἱκα/
νῶν. καὶ ἱμάτιον οὐκ ἐνεδιδύσκετο, καὶ ἐν
οἰκίᾳ οὐκ ἔμενεν, ἀλλ' ἐν τοῖς μνήμασιν.
Ἰδὼν δὲ τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἀνακράξας προσέ/
πεσεν αὐτῷ, καὶ φωνῇ μεγάλῃ εἶπε. Τί ἐ/
μοὶ καὶ σοὶ Ἰησοῦ υἱὲ τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου; Δέο/
μαί σου μή με βασανίσῃς. Παρήγγελε γὰρ
τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ ἐξελθεῖν ἀπὸ
τοῦ ἀνθρώπου. Πολλοῖς γὰρ χρόνοις συνηρ/
πάκει αὐτόν, καὶ ἐδεσμεῖτο ἁλύσεσι, καὶ
πέδαις φυλασσόμενος, καὶ διαρήσσων τὰ
δεσμὰ, ἠλαύνετο ὑπὸ τοῦ δαίμονος
εἰς τὰς ἐρήμους. Ἐπηρώτησε δὲ αὐτὸν ὁ Ἰη/
σοῦς, λέγων. Τί σοί ἐστιν ὄνομα; ὁ δὲ εἶ/ κδ
πε, λεγεών, ὅτι δαιμόνια πολλὰ εἰσῆλθεν
εἰς αὐτόν. καὶ παρεκάλουν αὐτόν, ἵνα μὴ
ἐπιτάξῃ αὐτοῖς εἰς τὴν ἄβυσσον ἀπελθεῖν.
Ἦν δὲ ἐκεῖ ἀγέλη χοίρων ἱκανῶν βοσκομέ/
νων ἐν τῷ ὄρει. καὶ παρεκάλουν αὐτόν, ἵνα
ἐπιτρέψῃ

foris, uolentes te uidere. Qui respondēs,
dixit ad eos: Mater mea & fratres mei
hi sunt, qui sermonem dei audiunt, ac fa/
ciunt illum. Factum est autem quodam
die, & ipse ascendit in nauim, ac discipuli
eius, & ait ad illos: Traijciamus in ulteri/
orem ripam stagni. ac soluerunt. Cæte/
rum nauigantibus illis, obdormiuit: &
ingruit procella uenti in stagnum, & cō/
plebantur ac periclitabantur. Acceden/
tes autem suscitauerunt eum, dicentes:
Præceptor, præceptor, perimus. At ille ex
perrectus, increpauit uentum ac tempe/
statem aquæ: & cessauerunt, factáq; est
tranquillitas. Dixit autem illis: Vbi est fi
des uestra? Timentes autem mirati sunt
inter se dicētes: Quisputas hic est? Quia
uentis quoque & aquæ imperat, & obe/
diunt ei? Et nauigauerunt ad regionem
Gadarenorum, quæ est contra Galilæā.
Et cum de naui egressus esset ad terram,
occurrit illi uir quidam è ciuitate, qui ha/
bebat dæmonium iam temporibus mul
tis, & uestimento non induebatur, neq;
in domo manebat, sed in monumentis.
Is ut uidit Iesum, & exclamasset, prócidit
ante illum, ac uoce magna dixit: Quid
mihi rei tecum est Iesu fili dei altissimi?
Obsecro te, ne me torqueas. Precipie/
bat enim spiritui immundo, ut exiret
ab homine. Frequenter enim corripue/
rat illum, & uinciebatur catenis, & com/
pedibus custodiebatur, & ruptis uin/
culis agebatur à dæmonio in deserta.
Interrogauit autem illum Iesus, dicens:
Quod tibi nomen est? At ille dixit: Le/
gio. Quia intrauerunt dæmonia mul/
ta in eum. Et rogauerunt illum, ne im/
peraret ipsis, ut in abyssum irent. Erat
autem ibi grex porcorum multorum pa
scentium in monte, & rogabant eum, ut

ὡὶ ηγέμη αὐτοῖς, εἰς ἐκείνους εἰσελθεῖν, καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς. ἐξελθόντα δὲ τὰ δαιμόνια ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, εἰσῆλθεν εἰς τοὺς χοίρους, καὶ ὥρμησεν ἡ ἀγέλη κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν λίμνην, καὶ ἀπεπνίγη. Ἰδόντες δὲ οἱ βόσκοντες τὸ γεγενημένον, ἔφυγον, καὶ ἀπήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν, καὶ εἰς τοὺς ἀγρούς. Ἐξῆλθον δὲ ἰδεῖν τὸ γεγονός. καὶ ἦλθον πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ εὗρον καθήμενον τὸν ἄνθρωπον ἀφ' οὗ τὰ δαιμόνια ἐξεληλύθει, ἱματισμένον καὶ σωφρονοῦντα, παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἐφοβήθησαν. ἀπήγγειλαν δὲ αὐτοῖς, καὶ οἱ ἰδόντες πῶς ἐσώθη ὁ δαιμονισθείς, ἠρώτησαν αὐτὸν ἅπαν τὸ πλῆθος τῆ περιχώρου τῶν Γαδαρηνῶν, ἀπελθεῖν ἀπ' αὐτῶν, ὅτι
πδ φόβῳ μεγάλῳ συνείχοντο.* Αὐτὸς δὲ ἐμ-
κ βὰς εἰς τὸ πλοῖον ὑπέστρεψεν. Ἐδεῖτο γὰρ αὐτοῦ ὁ ἀνήρ, ἀφ' οὗ ἐξεληλύθει τὰ δαιμόνια, εἶναι σὺν αὐτῷ. ἀπέλυσε δὲ αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, λέγων. Ὑπόστρεφον εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ διηγοῦ ὅσα ἐποίησέ σοι ὁ θεός. καὶ ἀπῆλθε καθ' ὅλην τὴν πόλιν κηρύσσων, ὅσα ἐποίησεν αὐ-
κε τῷ ὁ Ἰησοῦς.* Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ὑποστρέψαι
β τὸν Ἰησοῦν, ἀπεδέξατο αὐτὸν ὁ ὄχλος, ἦσαν γὰρ πάντες προσδοκῶντες αὐτόν. καὶ κε
ἰδοὺ ἦλθεν ἀνήρ, ᾧ ὄνομα Ἰάειρος, καὶ αὐτὸς ἄρχων ἦν συναγωγῆς ὑπῆρχε, καὶ πεσὼν παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ παρεκάλει αὐτὸν εἰσελθεῖν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ὅτι θυγάτηρ μονογενὴς ἦν αὐτῷ ὡς ἐτῶν δώδεκα, καὶ αὕτη ἀπέθνησκεν. ἐν δὲ τῷ ὑπάγειν αὐτὸν οἱ ὄχλοι συνέπνιγον αὐτόν. καὶ κς
γυνὴ οὖσα ἐν ῥύσει αἵματος ἀπὸ ἐτῶν δώδεκα, ἥτις εἰς ἰατροὺς προσαναλώσασα ὅλον τὸν βίον, οὐκ ἴσχυσεν ὑπ' οὐδενὸς θεραπευθῆναι, προσελθοῦσα ὄπισθεν, ἥψατο τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ, καὶ παραχρῆμα ἔστη ἡ ῥύσις τοῦ αἵματος αὐτῆς. καὶ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς. τίς ὁ ἁψάμενός μου; ἀρνουμένων δὲ πάντων, εἶπεν ὁ Πέτρος,

permitteret ipsis in illos ingredi. Et permisit illis. Exierũt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos, & impetu abiit grex per præceps in stagnum, & suffocatus est. Porrò ut uiderunt quod acciderat ij qui pascebant, fugerunt, rumorémq; nunciauerunt in ciuitatem ac uillas. Exierunt autem ut uiderent quod factum erat, & uenerunt ad Iesum, & inuenerũt hominem sedentem, à quo dæmonia exierant, uestitum, ac sana mente, ad pedes Iesu, & timuerunt. Nunciauerunt autem illis etiam qui uiderant quomodo sanus factus esset is, qui agitabatur à dæmonio. Et rogauerunt illum omnis multitudo Gadarenorum, ut discederet ab ipsis, quia magno timore tenebãtur. Ipse autem conscensa naui reuersus est. Rogauerat enim illum uir, à quo dæmonia exierant, ut cum eo esset, sed ablegauit eum Iesus, dicens: Redi in domum tuam, & narra quæcunq; tibi fecerit deus. Et abiit per totam ciuitatẽ, prædicans quæcunque sibi fecisset Iesus. Factum est autem cum rediret Iesus, excepit illum turba. nam omnes expectabant eum. Et ecce uenit uir, cui nomen Iairus, & ipse princeps synagogæ erat. accidítque ad pedes Iesu, rogans eum, ut intraret in domum suam, quoniam unica filia erat ei ferè annorũ duodecim, & hæc moriebatur. Verum inter eundum, turbæ coarctabant eum. Et mulier quæ erat obnoxia profluuio sanguinis ab annis dnodecim, quæ in medicos impenderat omnem substantiam, nec ab ullo potuerat curari, accessit retro, & tetigit fimbriam uestimenti eius, & confestim sistebatur fluxus sanguinis eius. Et ait Iesus: Quis est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus,

&

Digitized by Google

καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ. ὑπολάβων, οἱ ὄχλοι συνέχουσί σε καὶ ἀποθλίβουσι, καὶ λέγεις, τίς ὁ ἁψάμενός μου; ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν. Ἥψατό μου τις. ἐγὼ γὰρ ἔγνων δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἀπ' ἐμοῦ. ἰδοῦσα δὲ ἡ γυνή, ὅτι οὐκ ἔλαθε, τρέμουσα ἦλθε, καὶ προσπεσοῦσα αὐτῷ, δι' ἣν αἰτίαν ἥψατο αὐτοῦ, ἀπήγγειλεν αὐτῷ ἐνώπιον παντὸς τοῦ λαοῦ, καὶ ὡς ἰάθη παραχρῆμα. ὁ δὲ εἶπεν αὐτῇ. Θάρσει θύγατερ, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε, πορεύου εἰς εἰρήνην. ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἔρχεταί τις παρὰ τοῦ ἀρχισυναγώγου, λέγων αὐτῷ, ὅτι τέθνηκεν ἡ θυγάτηρ σου, μὴ σκύλλε τὸν διδάσκαλον, ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀκούσας, ἀπεκρίθη αὐτῷ, λέγων. μὴ φοβοῦ, μόνον πίστευε, καὶ σωθήσεται. Ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν οἰκίαν, οὐκ ἀφῆκε εἰσελθεῖν οὐδένα, εἰ μὴ πέτρον καὶ ἰάκωβον καὶ ἰωάννην, καὶ τὸν πατέρα τῆς παιδὸς καὶ τὴν μητέρα, ἔκλαιον δὲ πάντες καὶ ἐκόπτοντο αὐτήν. ὁ δὲ εἶπε. μὴ κλαίετε, οὐκ ἀπέθανεν ἀλλὰ καθεύδει, καὶ κατεγέλων αὐτοῦ, εἰδότες, ὅτι ἀπέθανεν. Αὐτὸς δὲ ἐκβαλὼν ἔξω πάντας, καὶ κρατήσας τῆς χειρὸς αὐτῆς, ἐφώνησε λέγων. Ἡ παῖς, ἐγείρου. καὶ ἐπέστρεψε τὸ πνεῦμα αὐτῆς, καὶ ἀνέστη παραχρῆμα. καὶ διέταξεν αὐτῇ δοθῆναι φαγεῖν. καὶ ἐξέστησαν οἱ γονεῖς αὐτῆς. ὁ δὲ παρήγγειλεν αὐτοῖς μηδενὶ εἰπεῖν τὸ γεγονός.

ωϛ β * Συγκαλεσάμενος δὲ τοὺς δώδεκα ἔδωκεν αὐτοῖς δύναμιν καὶ ἐξουσίαν ἐπὶ πάντα τὰ δαιμόνια, καὶ νόσους θεραπεύειν. καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς κηρύσσειν τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ καὶ ἰᾶσθαι τοὺς ἀδυνάτους, ϖ ἔτι πρὸς αὐτούς. * μηδὲν αἴρετε εἰς τὴν ὁδὸν μήτε ῥάβδον, μήτε πήραν, μήτε ἄρτον, μήτε ἀργύριον, μήτε ἀνὰ δύο χιτῶνας ἔχειν. καὶ εἰς ἣν ἂν οἰκίαν εἰσέλθητε, ἐκεῖ μένετε, καὶ ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθε. * καὶ ὅσοι ἐὰν μὴ δέξωνται ὑμᾶς, ἐξερχόμενοι ἀπὸ τῆς πόλεως ἐκείνης, καὶ τὸν κονιορτὸν ἀπὸ τῶν ποδῶν ὑμῶν ἀποτινάξατε

κζ & qui cum illo erāt: Præceptor, turbæ te conſtringunt & afflictant, & dicis: Quis me tetigit? Et dixit Ieſus: Tetigit me aliquis. Nam ego noui uirtutem à me exiſſe. Videns autem mulier, quod non latuiſſet, tremens uenit ac procidit ante pedes eius, & ob quā cauſam tetigiſſet eū, indicauit ei coram toto populo, & quem admodum confeſtim ſanata fuiſſet. At ipſe dixit ei: Confide filia, fides tua te ſeruauit, uade cum pace. Adhuc illo loquente, uenit quidam à domo principis ſynagogæ, dicens ei: Mortua eſt filia tua, noli uexare magiſtrum. Ieſus autem audito hoc uerbo, reſpondit patri puellæ: Noli timere, crede tantū, & ſalua erit. Et cū uenisſet in domum, non permiſit intrare ſecum quenq̄, niſi Petrum & Iacobum & Iohānem, & patrem ac matrem puellæ. Flebant autem omnes & plangebant illam. At ille dixit: Nolite flere. Non eſt mortua puella, ſed dormit. Et deridebant eum, ſcientes quod mortua eſſet. Ipſe autem eiectis foras omnibus, apprehenſa manu eius clamauit, dicens: Puella, ſurge. Et reuerſus eſt ſpiritus eius, & ſurrexit continuo. Ac iuſſit illi dari cibū. Et ſtupuerunt parētes eius. At ille præcepit eis, ne cui dicerent quod factum erat.

domino, & non hominibus, sciẽtes, quod à domino recipietis mercedem hæreditatis, nam domino Christo seruitis. Cæterũ qui peccarit, reportabit peccatum suum, & non est personarum respectus.

IIII Vos domini, æquitatem & æquabilitatẽ seruis exhibete, scientes, quod & uos habeatis dominum in cœlis. Obsecratiõi insistate, uigilantes in ea cum gratiarũ actione, orantes simul & pro nobis, ut deus aperiat nobis ostium sermonis, ut loquamur mysterium Christi, propter quod & uinctus sum, ut manifestem illud, sicut oportet me loqui. Sapienter ambulate erga extraneos, opportunitatem redimentes. Sermo uester semper cum gratia, sit sale cõditus, ut sciatis, quomodo oporteat uos unicuiq; respondere. De omnibus rebus meis certiores uos faciet Tychicus dilectꝰ frater, & fidus minister, & conseruus in domino, quem misi ad uos in hoc ipsum, ut cognoscat quid agatis, & cõsoletur corda uestra, unà cum Onesimo fido & dilecto fratre, qui est ex uobis: de omnibus, uobis exponent, quæ hic agantur. Salutat uos Aristarthus concaptiuus meus. & Marcus cõsobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata. Si uenerit ad uos, excipite eum, & Iesus qui uocatur Iustus, qui sunt ex circumcisione. Hi soli cooperarij sunt ad regnum dei, q̃ fuere mihi solatio. Salutat uos Epaphras, qui ex uobis est seruus Christi, semper anxie laborans pro uobis in precationibus, ut stetis perfecti & completi in omni uoluntate dei. Testimonium enim illi perhibeo, quod habeat multum studium pro uobis, & his qui sunt Laodiceæ, & his qui Hierapoli. Salutat uos Lucas medicus dilectus, & Demas. Salutate fratres, qui sunt Laodiceæ, & Nympham, & quæ in domo illius est congregationem.

Ὅταν ἀναγνωσθῇ παρ' ὑμῖν ἡ ἐπιστολή, ποιήσατε, ἵνα καὶ ἐν τῇ Λαοδικέων ἐκκλησίᾳ ἀναγνωσθῇ, καὶ τὴν ἐκ Λαοδικείας, ἵνα καὶ ὑμεῖς ἀναγνῶτε. Καὶ εἴπατε Ἀρχίππῳ, Βλέπε τὴν διακονίαν ἣν παρέλαβες ἐν κυρίῳ, ἵνα αὐτὴν πληροῖς. Ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου. Μνημονεύετέ μου τῶν δεσμῶν. Ἡ χάρις μεθ' ὑμῶν. Ἀμήν.

& cum recitata fuerit à uobis epistola, facite, ut & in Laodicensiũ ecclesia recitetur, & eam quæ scripta est ex Laodicea, ut uos quoq; legatis. Et dicite Archippo: uide ministeriũ quod accepisti in domino, ut illud impleas. Salutatio mea manu Pauli. Memores sitis uinculorum meorum. Gratia uobiscum. Amen.

Ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης διὰ Τυχικοῦ καὶ Ὀνησίμου.

Missa è Rhoma per Tychicum & Onesimum.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΙΣ ΠΡΩΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

Αὐτὴν ἔγραψε μὲν ἀπὸ Ἀθηνῶν, ἐωρακὼς πρότερον αὐτοὺς, καὶ διατριβὰς παρ' αὐτοῖς· ἡ δὲ πρόφασις ἦν ἐπιστολῆς αὐτοῦ, ἣν ἀπέστελλε πολλὰς διὰ Τιμοθέου παρὼν ἐν Βεροίᾳ, καὶ ἐν Φιλίπποις ἦν Μακεδονίας καὶ ἐν Κορίνθῳ, γινώσκων τὸ ὄφελος αὐτοῖς καὶ ἐν Θεσσαλονίκῃ, φοβούμενος μὴ ἀκούσαντες Θεσσαλονικεῖς ἃ πέπονθεν ἐν ταῖς προφημίαις πόλεσι, σφαλῶσιν ὑπὸ τῶν πειράζοντος, καὶ σκανδαλισθῶσι, μαθὼν δὲ ὅτι ἡ ἐπὶ τοῖς ἀποθνήσκουσι κατόχωσι λύπη, ἀποστέλλει Τιμόθεον πρὸς αὐτοὺς μετὰ τῆς ἐπιστολῆς ταύτης. Καὶ πρῶτον μὲν ἐπαινέσας αὐτοὺς ἐν τῇ πίστει, ὥσε μὴ θλίβεσθαι διὰ τοὺς θλίβοντας, μηδὲ ξένον αὐτοὺς ποιεῖσθαι ὑπὲρ ὧν ἔπασχον, ὧν καὶ τὸν κύριον ἀποκτεινάντων. Χρησιμωτάτην γὰρ ἴδιον τὸ θλίβεσθαι ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, ἔλεγεν. Πολλὰ δὲ παραινέσας αὐτοῖς οὕτως, ὡς παρέλαβον παρ' αὐτοῦ, ἀναστρέφαι, γράφει πρὸς ὧν πλουτούντων, παραμυθούμενος αὐτοὺς, καὶ διδάσκων μὴ βαρέως φέρειν. Οὐ γὰρ εἶναι τὸν θάνατον ἀπώλειαν, ἀλλὰ διόδον ἀναστάσεως. Ἔπειτα δὲ καὶ περὶ ὧν χρόνων αὐτοὺς διδάσκει, ἵνα ἄδηλον τὴν ἡμέραν γινώσκοντες, ἀεὶ ἕτοιμοι γίνωνται, καὶ μηδενὶ προσέχωσιν ἀπαγγελλομένῳ πρὸς αὐτοῦ. Ἔσεσθαι γάρ φησι τὴν παρουσίαν οὕτως, ὥσε τοὺς προλειπομένους καὶ εὑρισκομένους ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, μὴ φθάνειν τοὺς ἐκ νεκρῶν ἐγειρομένους. Ἅμα γὰρ γίνεσθαι τὴν πάντων ἀλλαγὴν, διδάσκει. Πρὸς τούτοις, προτρέπων αὐτοὺς βελτιοῦσθαι ἐν τῇ ἕξει, προτρέπει καὶ τοὺς καὶ ἀεὶ χαίρειν τῇ ἐλπίδι, καὶ προσεύχεσθαι, καὶ εὐχαριστεῖν αὐτοὺς ἀεὶ τῷ κυρίῳ, ἐπιτρέπων αὐτοὺς ἀναγνῶναι τὴν ἐπιστολὴν ταύτην πᾶσι τοῖς ἀδελφοῖς. Καὶ οὕτως τελεῖ τὴν ἐπιστολήν.

In epistolam

IN EPISTOLAM AD THESSALONICENSES PRIOREM, ARGVMENTVM PER ERASMVM ROTERODAMVM.

THeſſalonica Macedoniæ metropolis eſt, unde & regiõis incolæ Theſſalonicenſes appellati. Hi in fide ſemel accepta, tanta cõſtantia pſtiterunt, ut & Pauli exẽplo, ciuiũ ſuorũ pſecutiones, infracto & alacri ptulerint animo, nec ullo pſeudapoſtolorũ ſuaſu quiuerint ab euãgelicæ inſtitutione deflecti. Quod ueritus Paulus, quẽ nõ latebat pſeudapoſtolorũ improbitas, cũ ipſi non liceret illos inuiſere, miſit Timotheũ. Ex quo reuerſo cũ didiciſſet illorum conſtantiã, collaudat eos, gratias agẽs deo. Atq; id quidẽ agit cap. primo & ſecundo. In cæteris duobus inſtituit eos in uariis pietatis officijs, ſubindicans eſſe inter eos, qui nondũ omnino puri eſſent ab omni libidine, nec deeſſe, qui ocio dediti grauarent alios: item qui inquieti ipſi, turbarent eccleſiæ tranquillitatem, quos corripi iubet. Præterea qui de reſurrectione nondum ſatis cõfirmata eſſent opinione, cũ defunctos ita lugerent, quaſi periſſent, ac nõ potius ad meliora demigraſſent, hoc inſtituit atq; confirmat. Rurſus alios diſputaſſe de die aduẽtus dñi, quaſi is præſciri prædiciq; poſſit, cũ incertus ſit omnibus. Verũ eum ait ſubitum, & præter omniũ expectationẽ adfuturum, quo magis ſimus ad omne momentũ parati. Scripſit ab Athenis per Tychicum miniſtrũ, iuxta Græcorum inſcriptionem: cui collegam addunt Oneſimũ noſtra argumenta, quæ incerto autore leguntur in uulgatis exemplaribus. FINIS.

ΠΡΟΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΙΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΑΥΛΟΥ ΠΡΩΤΗ.

ΠΑῦλος ϹΙ σιλουανὸς ϹΙ Τιμόθεος, τῇ ἐκκλησίᾳ Θεσσαλονικέων, ἐν θεῷ πατρὶ ϗ κυρίῳ ἰησοῦ χριστῷ. χάρις ὑμῖν ϗ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν ϹΙ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ. Εὐχαριστοῦμεν τῷ θεῷ πάντοτε περὶ πάντων ὑμῶν, μνείαν ὑμῶν ποιούμενοι ἐπὶ τῶν προσευχῶν ἡμῶν, ἀδιαλείπτως μνημονεύοντες ὑμῶν τοῦ ἔργου τῆς πίστεως ϗ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης, ϹΙ τῆς ὑπομονῆς τῆς ἐλπίδος τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ ϗ πατρὸς ἡμῶν, εἰδότες ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι ὑπὸ

AD THESSALONICENSES EPISTOLA PAVLI PRIMA.

PAulus & Siluanus & Timotheus eccleſiæ Theſſalonicenſium, in deo patre & dño Ieſu Chriſto. Gratia uobis & pax à deo patre noſtro & dño Ieſu Chriſto. Gratias agimus deo ſemp de omnib⁹ uobis, mẽtionẽ ueſtri facientes in precib⁹ noſtris, indeſinẽter memores ueſtri propter opus fidei ac laborem charitatis, & quod permanſiſtis in ſpe domini noſtri Ieſu Chriſti, corã deo & patre noſtro, ſcientes fratres dilecti

Digitized by Google

ὑπὸ θεοῦ πρὸς ἐκλογὴν ὑμῶν, ὅτι τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν οὐκ ἐγενήθη πρὸς ὑμᾶς ἐν λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν δυνάμει, καὶ ἐν πνεύματι ἁγίῳ, καὶ ἐν πληροφορίᾳ πολλῇ, καθὼς οἴδατε, οἷοι ἐγενήθημεν ἐν ὑμῖν δι' ὑμᾶς. καὶ ὑμεῖς μιμηταὶ ἡμῶν ἐγενήθητε, καὶ τοῦ κυρίου, δεξάμενοι τὸν λόγον ἐν θλίψει πολλῇ μετὰ χαρᾶς πνεύματος ἁγίου. ὥστε γενέσθαι ὑμᾶς τύπους πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν ἐν τῇ Μακεδονίᾳ καὶ Ἀχαΐᾳ. ἀφ' ὑμῶν γὰρ ἐξήχηται ὁ λόγος τοῦ κυρίου, οὐ μόνον ἐν τῇ Μακεδονίᾳ καὶ Ἀχαΐᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ ἡ πίστις ὑμῶν ἡ πρὸς τὸν θεὸν ἐξελήλυθεν, ὥστε μὴ χρείαν ἡμᾶς ἔχειν λαλεῖν τι. αὐτοὶ γὰρ περὶ ὑμῶν ἀπαγγέλλουσιν, ὁποίαν εἴσοδον ἔσχομεν πρὸς ὑμᾶς, καὶ πῶς ἐπεστρέψατε πρὸς τὸν θεὸν ἀπὸ τῶν εἰδώλων, δουλεύειν θεῷ ζῶντι, καὶ ἀληθινῷ, καὶ ἀναμένειν τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐκ τῶν οὐρανῶν, ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, Ἰησοῦν τὸν ῥυόμενον ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐρχομένης.

Αὐτοὶ γὰρ οἴδατε ἀδελφοὶ τὴν εἴσοδον ἡμῶν τὴν πρὸς ὑμᾶς, ὅτι οὐ κενὴ γέγονεν, ἀλλὰ καὶ προπαθόντες καὶ ὑβρισθέντες, καθὼς οἴδατε ἐν Φιλίπποις ἐπαρρησιασάμεθα ἐν τῷ θεῷ ἡμῶν, λαλῆσαι πρὸς ὑμᾶς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ ἐν πολλῷ ἀγῶνι. ἡ γὰρ παράκλησις ἡμῶν οὐκ ἐκ πλάνης, οὐδὲ ἐξ ἀκαθαρσίας, οὔτε ἐν δόλῳ, ἀλλὰ καθὼς δεδοκιμάσμεθα ὑπὸ τοῦ θεοῦ πιστευθῆναι τὸ εὐαγγέλιον, οὕτως λαλοῦμεν, οὐχ ὡς ἀνθρώποις ἀρέσκοντες, ἀλλὰ τῷ θεῷ, τῷ δοκιμάζοντι τὰς καρδίας ἡμῶν. οὔτε γάρ ποτε ἐν λόγῳ κολακείας ἐγενήθημεν, καθὼς οἴδατε, οὔτε ἐν προφάσει πλεονεξίας, θεὸς μάρτυς, οὔτε ζητοῦντες ἐξ ἀνθρώπων δόξαν, οὔτε ἀφ' ὑμῶν, οὔτε ἀπ' ἄλλων, δυνάμενοι ἐν βάρει εἶναι, ὡς Χριστοῦ ἀπόστολοι, ἀλλ' ἐγενήθημεν ἤπιοι ἐν μέσῳ ὑμῶν, ὡς ἐὰν τροφὸς θάλπῃ τὰ ἑαυτῆς τέκνα, οὕτως ὁμειρόμενοι ὑμῖν, εὐδοκοῦμεν μεταδοῦναι ὑμῖν

à deo, electionẽ uestrã: quoniã euãgelium nostrũ fuit erga uos: nõ per sermonem solum, uerumetiam per uirtutẽ, & per spiritũ sanctum, perq; certitudinẽ multã, quẽadmodum nostis, quales fuerimus inter uos, uestra causa. Et uos imitatores nostri facti fuistis, & domini, recipiẽtes sermonem cum afflictione multa, cum gaudio spiritus sancti, adeo ut fueritis exemplo omnibus credentibus in Macedonia, & Achaïa. A uobis enim ꝓtonuit sermo domini: nõ solum in Macedonia & Achaïa, uerũetiã in omni loco fides uestra quæ est in deũ, dimanauit, ut non sit nobis necesse loqui quicquam. Siquidem ipsi de uobis annunciant, qualem ingressum habuerimus ad uos, & quomodo conuersi fueritis ad deũ à simulacris, ut seruiretis deo uiuenti & uero, & expectaretis filiũ eius de cœlis, quẽ excitauit à mortuis Iesum, qui liberat nos ab ira uentura.

Nam ipsi nostis fratres, introitũ nostrũ ad uos, q; nõ fuerit inanis, sed q; ante malis afflicti & contumelijs affecti, quẽadmodum scitis Philippis, audacter egerim⁹ in dño nostro ad loquendũ apud uos euãgelium dei, in multo certamine. Siquidẽ exhortatio nostra nõ fuit ex impostura, neq; ex immũdicia, neque cũ dolo, sed quemadmodũ probati fueram⁹ à deo, ut nobis cõmitteret euangeliũ: ita loquimur, nõ ut hominibus placentes, sed deo, qui probat corda nostra. Neq; enim unq; per sermonẽ adulationis uersati sumus, quemadmodũ nostis, nec per occasionẽ auaritiæ, deus est testis, neq; quærentes ex hominib⁹ gloriam, nec à uobis nec ab alijs, cũ possem⁹ in autoritate esse, tãquam apostoli Christi, sed fuim⁹ placidi in medio uestri, perinde ac si nutrix foueat suos filios, sic affectu propensi in uos, animo cupiebam⁹ impertire

uobis,

ὑμῖν, οὐ μόνον τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ καὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχάς, διότι ἀγαπητοὶ ἡμῖν γεγόνατε. μνημονεύετε γὰρ ἀδελφοὶ τὸν κόπον ἡμῶν, καὶ τὸν μόχθον· νυκτὸς γὰρ καὶ ἡμέρας ἐργαζόμενοι πρός τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαί τινα ὑμῶν, ἐκηρύξαμεν εἰς ὑμᾶς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ. ὑμεῖς μάρτυρες καὶ ὁ θεός, ὡς ὁσίως, καὶ δικαίως, καὶ ἀμέμπτως ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν ἐγενήθημεν. καθάπερ οἴδατε, ὡς ἕνα ἕκαστον ὑμῶν, ὡς πατὴρ τέκνα ἑαυτοῦ, παρακαλοῦντες ὑμᾶς καὶ παραμυθούμενοι καὶ μαρτυρόμενοι εἰς τὸ περιπατῆσαι ὑμᾶς ἀξίως τοῦ θεοῦ, τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς εἰς τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν καὶ δόξαν. διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς εὐχαριστοῦμεν τῷ θεῷ ἀδιαλείπτως, ὅτι παραλαβόντες λόγον ἀκοῆς παρ' ἡμῶν τοῦ θεοῦ, ἐδέξασθε οὐ λόγον ἀνθρώπων, ἀλλὰ καθώς ἐστιν ἀληθῶς λόγον θεοῦ, ὃς καὶ ἐνεργεῖται ἐν ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν. ὑμεῖς γὰρ μιμηταὶ ἐγενήθητε ἀδελφοὶ τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ θεοῦ, τῶν οὐσῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὅτι ταὐτὰ ἐπάθετε καὶ ὑμεῖς ὑπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν, καθὼς καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, τόν τε κύριον ἀποκτεινάντων Ἰησοῦν, καὶ τοὺς ἰδίους προφήτας, καὶ ἡμᾶς ἐκδιωξάντων, καὶ θεῷ μὴ ἀρεσκόντων, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐναντίων, κωλυόντων ἡμᾶς τοῖς ἔθνεσι λαλῆσαι, ἵνα σωθῶσιν, εἰς τὸ ἀναπληρῶσαι αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας πάντοτε. ἔφθασε δὲ ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ εἰς τέλος. ἡμεῖς δὲ ἀδελφοὶ ἀπορφανισθέντες ἀφ' ὑμῶν πρὸς καιρὸν ὥρας προσώπῳ, οὐ καρδίᾳ, περισσοτέρως ἐσπουδάσαμεν τὸ πρόσωπον ὑμῶν ἰδεῖν ἐν πολλῇ ἐπιθυμίᾳ. διὸ ἠθελήσαμεν ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. ἐγὼ μὲν παῦλος, καὶ ἅπαξ καὶ δίς, καὶ ἐνέκοψεν ἡμᾶς ὁ σατανᾶς. τίς γὰρ ἡμῶν ἐλπὶς, ἢ χαρὰ, ἢ στέφανος καυχήσεως, ἢ οὐχὶ καὶ ὑμεῖς, ἔμπροσθεν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ; ὑμεῖς γάρ ἐστε ἡ δόξα

uobis, nō ſolum euangeliū dei, uerūetiam noſtras ipſorum animas, propterea quod chari nobis facti eſtis. Meminiſtis em̄ fratres laboris noſtri, ac ſudoris. Nocte enim ac die opus facientes ob id, ne cui ueſtrum eſſemus oneri, prædicauimus apud uos euangelium dei. Vos autem teſtes eſtis & deus, quam̄ ſancte & iuſte & inculpate uobiſcum qui credebatis, uerſati fuerimus: quemadmodum noſtis, ut erga unūquēque ueſtrum, tanquam̄ pater erga filios ſuos, fuerimus affecti, obſecrantes uos & conſolantes & obteſtantes, ut ambularetis digne deo, qui uocaſſet uos in ſuum regnum ac gloriam. Quapropter & nos gratias agimus deo indeſinenter: quod cum accipere tis ſermonem à nobis, quo deum diſcebatis, accepiſtis non ſermonem hominū, ſed ſicut erat uere ſermonem dei, qui & agit in uobis credentibus. Vos enim imitatores facti eſtis fratres, eccleſiarum dei, quæ ſunt in Iudæa, in Chriſto Ieſu, quod eadem paſſi ſitis & uos à proprijs contribulibus, quemadmodum & ipſi nos à Iudæis, qui ut & dominum occiderunt Ieſum, & proprios prophetas, ita & nos perſecuti ſunt, & deo non placent, & omnibus hominibus aduerſantur, qui obſiſtunt nobis, ne loquamur gentibus, quo ſalui fiant, ut expleant ſua peccata ſemper. peruenit autem in illos ira in finem. Cæterū nos fratres, orbati uobis ad ſpacium temporis aſpectu, non corde, uehementius ſtuduimus uidere faciem ueſtram, cum multo deſiderio. Quapropter uoluimus uenire ad uos, ego quidem Paulus, & ſemel & iterum, & obſtitit nobis ſatanas. Nam quæ eſt noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriationis, an non & uos, in conſpectu domini noſtri Ieſu Chriſti, in eius aduentu? Vos enim eſtis

gloria

ἡ δόξα ἡμῶν καὶ ἡ χαρά.

Διὸ μηκέτι στέγοντες εὐδοκήσαμεν κατα-
λειφθῆναι ἐν Ἀθήναις μόνοι, καὶ ἐπέμ-
ψαμεν Τιμόθεον τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν, καὶ Διά-
κονον τοῦ θεοῦ, καὶ συνεργὸν ἡμῶν ἐν τῷ
εὐαγγελίῳ τοῦ χριστοῦ, εἰς τὸ στηρίξαι ὑμᾶς, καὶ
παρακαλέσαι ὑμᾶς περὶ τῆς πίστεως ἡμῶν,
τοῦ μηδένα σαίνεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσι ταύ-
ταις. αὐτοὶ γὰρ οἴδατε, ὅτι εἰς τοῦτο κείμε-
θα. καὶ γὰρ ὅτε πρὸς ὑμᾶς ἦμεν, προελέγο-
μεν ὑμῖν, ὅτι μέλλομεν θλίβεσθαι, καθὼς
καὶ ἐγένετο καὶ οἴδατε. Διὰ τοῦτο κἀγὼ μη-
κέτι στέγων, ἔπεμψα εἰς τὸ γνῶναι τὴν πί-
στιν ὑμῶν, μή πως ἐπείρασεν ὑμᾶς ὁ πει-
ράζων, καὶ εἰς κενὸν γένηται ὁ κόπος ἡμῶν.
Ἄρτι δὲ ἐλθόντος Τιμοθέου πρὸς ἡμᾶς ἀφ'
ὑμῶν, καὶ εὐαγγελισαμένου ἡμῖν τὴν πί-
στιν, καὶ τὴν ἀγάπην ὑμῶν, καὶ ὅτι ἔχετε
μνείαν ἡμῶν ἀγαθὴν πάντοτε, ἐπιποθοῦν-
τες ἡμᾶς ἰδεῖν, καθάπερ καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς.
διὰ τοῦτο παρεκλήθημεν ἀδελφοὶ ἐφ' ὑμῖν,
ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει καὶ ἀνάγκῃ ἡμῶν, διὰ
τῆς ὑμῶν πίστεως. ὅτι νῦν ζῶμεν, ἐὰν ὑμεῖς
στήκετε ἐν κυρίῳ. τίνα γὰρ εὐχαριστίαν δυ-
νάμεθα τῷ θεῷ ἀνταποδοῦναι περὶ ὑμῶν
ἐπὶ πάσῃ τῇ χαρᾷ, ᾗ χαίρομεν δι' ὑμᾶς
ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ ἡμῶν, νυκτὸς καὶ ἡμέ-
ρας ὑπερεκπερισσοῦ δεόμενοι, εἰς τὸ ἰδεῖν
ὑμῶν τὸ πρόσωπον, καὶ καταρτίσαι τὰ
ὑστερήματα τῆς πίστεως ὑμῶν. αὐτὸς δὲ ὁ
θεὸς καὶ πατὴρ ἡμῶν καὶ ὁ κύριος ἡ-
μῶν Ἰησοῦς χριστὸς κατευθύναι τὴν ὁδὸν
ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς. ὑμᾶς δὲ ὁ κύριος, πλεο-
νάσαι καὶ περισσεύσαι τῇ ἀγάπῃ εἰς ἀλλή-
λους, καὶ εἰς πάντας, καθάπερ καὶ ἡμεῖς εἰς
ὑμᾶς, εἰς τὸ στηρίξαι ὑμῶν τὰς καρδίας ἀ-
μέμπτους ἐν ἁγιωσύνῃ ἔμπροσθεν τοῦ θε-
οῦ καὶ πατρὸς ἡμῶν, ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ
κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, μετὰ πάντων τῶν
ἁγίων αὐτοῦ.

Τὸ λοιπὸν οὖν ἀδελφοί, ἐρωτῶμεν ὑμᾶς

gloria noſtra & gaudium.

Proinde cum non amplius ferremus, III
uiſum eſt nobis, ut Athenis reſideremus
ſoli, ac miſimus Timotheum fratrem no-
ſtrum, & miniſtrum dei, & adiutorem ope
ris noſtri in euangelio Chriſti, ut cõfirma-
ret uos, & conſolaretur uos de fide noſtra,
ne quiſq; turbaretur in afflictionibus his:
Nam ipſi noſtis, nos in hunc uſum poſi-
tos eſſe. Etenim cum apud uos eſſemus,
prædicebamus uobis fore, ut afflictionem
pateremur, quẽadmodum & euenit. & no
ſtis. Quapropter & ego nõ amplius ferẽs,
miſi ad hoc, ut cognoſcerem fidẽ ueſtram,
ne quo pacto tentaſſet uos ille qui tentat,
& inanis factus eſſet labor noſter. Nuper
autem cum ueniſſet Timotheus ad nos à
uobis, & annunciaſſet nobis fidem ac dile-
ctionem ueſtrã, & quod habeatis memo-
riam noſtri bonam ſemper, deſiderantes
nos uidere, quemadmodum nos quoque
uos. Idcirco conſolationem accepimus fra-
tres per uos ſuper omni afflictione & ne-
ceſſitate noſtra, per ueſtram fidem. Quo-
niam nunc uiuimus, ſi uos ſtatis in domi-
no. Quam enim gratiarum actionẽ poſſu
mus deo rependere de uobis ſuper omni
gaudio, quod gaudem⁹ propter uos in cõ
ſpectu dei noſtri, nocte ac die ſupra mo-
dum orantes, ut uideamus ueſtram faciẽ.
& ſuppleamus quæ deſunt fidei ueſtræ.
Ipſe uero deus & pater noſter & dominus
noſter Ieſus Chriſtus dirigat uiam noſtrã
ad uos. Vos autem dominus abundãtes
& exuberantes faciat mutua inter uos cha
ritate, & in omẽs, quemadmodum & nos
in uos, ut confirmet corda ueſtra, irrepre-
henſibilia in ſanctimonia corã deo & pa-
tre noſtro, in aduentu domini noſtri Ieſu
Chriſti, cum omnibus ſanctis eius.

Quod ſupeſt igit᷑ fratres, rogamus uos IIII

Digitized by Google

ἡμῶν παρακαλοῦμεν ἐν κυρίῳ Ἰησοῦ, καθὼς παρελάβετε παρ' ἡμῶν, τὸ πῶς δεῖ ὑμᾶς περιπατεῖν, καὶ ἀρέσκειν θεῷ, ἵνα περισσεύητε μᾶλλον. οἴδατε γάρ, τίνας παραγγελίας ἐδώκαμεν ὑμῖν διὰ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ. τοῦτο γάρ ἐστι θέλημα τοῦ θεοῦ, ὁ ἁγιασμὸς ὑμῶν, ἀπέχεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ πορνείας, εἰδέναι ἕκαστον ὑμῶν τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος κτᾶσθαι ἐν ἁγιασμῷ καὶ τιμῇ, μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας, καθάπερ καὶ τὰ ἔθνη, τὰ μὴ εἰδότα τὸν θεόν, τὸ μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, διότι ἔκδικος ὁ κύριος περὶ πάντων τούτων, καθὼς καὶ προείπαμεν ὑμῖν καὶ διεμαρτυράμεθα. οὐ γὰρ ἐκάλεσεν ἡμᾶς ὁ θεὸς ἐπὶ ἀκαθαρσίᾳ, ἀλλ' ἐν ἁγιασμῷ. τοιγαροῦν ὁ ἀθετῶν, οὐκ ἄνθρωπον ἀθετεῖ, ἀλλὰ τὸν θεόν, τὸν καὶ δόντα τὸ πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον αὐτοῦ εἰς ὑμᾶς. περὶ δὲ τῆς φιλαδελφίας, οὐ χρείαν ἔχετε γράφειν ὑμῖν, αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς θεοδίδακτοί ἐστε εἰς τὸ ἀγαπᾶν ἀλλήλους. καὶ γὰρ ποιεῖτε αὐτὸ εἰς πάντας τοὺς ἀδελφοὺς, τοὺς ἐν ὅλῃ τῇ μακεδονίᾳ. παρακαλοῦμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, περισσεύειν μᾶλλον, καὶ φιλοτιμεῖσθαι, ἡσυχάζειν καὶ πράσσειν τὰ ἴδια, καὶ ἐργάζεσθαι ταῖς ἰδίαις χερσὶν ὑμῶν, καθὼς ὑμῖν παρηγγείλαμεν, ἵνα περιπατῆτε εὐσχημόνως πρὸς τοὺς ἔξω, καὶ μηδενὸς χρείαν ἔχητε. οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν ἀδελφοὶ περὶ τῶν κεκοιμημένων, ἵνα μὴ λυπῆσθε, καθὼς καὶ οἱ λοιποὶ, οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα. εἰ γὰρ πιστεύομεν, ὅτι Ἰησοῦς ἀπέθανεν καὶ ἀνέστη, οὕτως καὶ ὁ θεὸς τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ, ἄξει σὺν αὐτῷ. τοῦτο γὰρ ὑμῖν λέγομεν ἐν λόγῳ κυρίου, ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ κυρίου, οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας, ὅτι αὐτὸς ὁ κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι θεοῦ καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἀναστήσονται

& adhortamur per dominũ Iesum, quemadmodum accepistis à nobis, quomodo oporteat uos uersari, & placere deo, ut abũdetis magis. Nostis enim, quæ præcepta dederimus uobis per dominum nostrum Iesum. Hæc enim est uoluntas dei, sanctificatio uestra, ut abstineatis à scortatione, & sciat unusquisq; uestrum suum uas possidere, cum sanctificatione & honore, nõ cũ affectu concupiscentiæ, quemadmodũ & gentes, quæ non nouerunt deum, ne quis opprimat ac fraudet in negocio fratrẽ suũ, propterea q; ultor est dominus de omnibus his, quemadmodum & ante diximus uobis, ac testati sumus. Non enim uocauit nos deus immundiciæ causa, sed ad sanctificationem. Proinde qui reijcit, non reijcit hominem, sed deum, qui dedit spiritum suum sanctum in uos. Cæterum de fraterna charitate non necesse habetis, ut scribam uobis. Ipsi namque diuinitus docti estis, ut dilígatis uos inuicem. Nam & facitis hoc erga cunctos fratres, qui sunt in tota Macedonia. Obsecramus autem uos fratres, ut abundetis magis, & in hoc incũbatis, ut quieti sitis, & agatis res proprias, & operemini proprijs manibus uestris, sicuti uobis præcepimus, ut uos geratis honeste erga extrarios, & nulla re uobis sit opus. Cæterum nolo uos ignorare fratres de ijs qui obdormierunt, ne doleatis, quẽadmodum & cæteri non habentes spem. Nam si credimus, quod Iesus mortuus est & resurrexit, sic & deus eos qui obdormierunt per Iesum, adducet cum illo. Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini, quod nos qui uiuemus & reliqui erimus in aduentũ domini, nequaquam præueniemus eos qui dormiunt. Quoniam ipse dominus cũ hortatu, & uoce archangeli, ac tuba dei descendet de cœlo, & mortui in Christo resurgent

Digitized by Google

ἀναβήσονται πρῶτον, ἔπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες, οἱ περιλειπόμενοι, ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου εἰς ἀέρα, καὶ οὕτως πάντοτε σὺν κυρίῳ ἐσόμεθα. ὥστε παρακαλεῖτε ἀλλήλους ἐν τοῖς λόγοις τούτοις.

Περὶ δὲ τῶν χρόνων καὶ τῶν καιρῶν ἀδελφοί, οὐ χρείαν ἔχετε ὑμῖν γράφεσθαι. αὐτοὶ γὰρ ἀκριβῶς οἴδατε, ὅτι ἡμέρα κυρίου, ὡς κλέπτης ἐν νυκτί, οὕτως ἔρχεται. ὅταν γὰρ λέγωσιν, εἰρήνη καὶ ἀσφάλεια, τότε αἰφνίδιος αὐτοῖς ἐφίσταται ὄλεθρος, ὥσπερ ἡ ὠδὶν τῇ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, καὶ οὐ μὴ ἐκφύγωσιν. ὑμεῖς δὲ ἀδελφοί, οὐκ ἔστε ἐν σκότει, ἵνα ἡ ἡμέρα ὑμᾶς ὡς κλέπτης καταλάβῃ. πάντες ὑμεῖς υἱοὶ φωτός ἐστε, καὶ υἱοὶ ἡμέρας, οὐκ ἐσμὲν νυκτὸς οὐδὲ σκότους. ἄρα οὖν μὴ καθεύδωμεν, ὡς καὶ οἱ λοιποί, ἀλλὰ γρηγορῶμεν καὶ νήφωμεν. οἱ γὰρ καθεύδοντες, νυκτὸς καθεύδουσι, καὶ οἱ μεθυσκόμενοι, νυκτὸς μεθύουσιν. ἡμεῖς δὲ ἡμέρας ὄντες, νήφωμεν, ἐνδυσάμενοι θώρακα πίστεως καὶ ἀγάπης, καὶ περικεφαλαίαν ἐλπίδα σωτηρίας. ὅτι οὐκ ἔθετο ἡμᾶς ὁ θεὸς εἰς ὀργὴν, ἀλλὰ εἰς περιποίησιν σωτηρίας διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἀποθανόντος ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα εἴτε γρηγορῶμεν, εἴτε καθεύδομεν, ἅμα σὺν αὐτῷ ζήσωμεν. διὸ παρακαλεῖτε ἀλλήλους, καὶ οἰκοδομεῖτε εἷς τὸν ἕνα, καθὼς καὶ ποιεῖτε. ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς ἀδελφοί, εἰδέναι τοὺς κοπιῶντας ἐν ὑμῖν, καὶ προϊσταμένους ὑμῶν ἐν κυρίῳ, καὶ νουθετοῦντας ὑμᾶς, καὶ ἡγεῖσθαι αὐτοὺς ὑπερεκπερισσοῦ ἐν ἀγάπῃ διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν, εἰρηνεύετε ἐν αὐτοῖς. παρακαλοῦμεν δὲ ὑμᾶς ἀδελφοί, νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους, παραμυθεῖσθε τοὺς ὀλιγοψύχους, ἀντέχεσθε τῶν ἀσθενῶν, μακροθυμεῖτε πρὸς πάντας. ὁρᾶτε, μή τις κακὸν ἀντὶ κακοῦ τινὶ ἀποδῷ, ἀλλὰ πάντοτε τὸ ἀγαθὸν διώκετε, εἰς ἀλλήλους, καὶ εἰς πάντας. πάντοτε

χαίρετε

EPISTOLA

resurgent primum, deinde nos qui uiuemus, qui reliqui erimus simul cum illis rapiemur in nubibus in occursum domini in aëra, & sic semper cum domino erimus. Proinde consolemini uos mutuo sermonibus his.

Porrò de temporibus & articulis temporum fratres, nō est opus, ut uobis scribam. V
Ipsi enim planè scitis, quod dies ille domini, ut fur in nocte, ita uenturus sit. Cū em̄ dixerint, pax & tuta omnia, tūc repentinus eis imminet interitus, sicuti dolor partus mulieri prægnanti, nec effugient. At uos fratres, non estis in tenebris, ut dies ille uos tanquam fur opprimat. Omnes uos filij lucis estis, ac filij diei: non sumus noctis, neq; tenebrarum. Proinde ne dormiamus, sicut & cæteri, sed uigilemus & sobrij simus. Nam qui dormiunt, nocte dormiunt: & qui inebriantur, noctu sunt ebrij. At nos qui sumus diei, sobrij simus, induti thoracem fidei & charitatis, & pro galea spem salutis. Quoniam non constituit nos deus, ut iram nobis concitemus, sed ut salutem consequamur per dominū nostrū Iesum Christum, qui mortuus est pro nobis, ut siue uigilemus, siue dormiamus, simul cum illo uiuamus. Quapropter adhortemini uos mutuo, & ædificetis singuli singulos, sicut & facitis. Rogamus autem uos fratres, ut agnoscatis eos, qui laborant inter uos, & qui præsunt uobis in domino, & admonent uos, ut habeatis illos in summo precio per charitatē propter opus illorum: pacem habete cum illis. Obsecramus autē uos fratres, monete inordinatos, consolamini pusillanimes, subleuate infirmos, patientes estote erga omneis. Videte, ne quis malum pro malo cuipiam reddat, sed semper quod bonum est, sectemini, tum erga uos inuicem, tum erga omneis. Semper

gaudete.

Digitized by Google

χαίρετε, ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε, ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε. τοῦτο γὰρ θέλημα θεοῦ ἐν χριστῷ ἰησοῦ εἰς ὑμᾶς. τὸ πνεῦμα μὴ σβέννυτε. προφητείας μὴ ἐξουθενεῖτε. πάντα δὲ δοκιμάζετε, τὸ καλὸν κατέχετε. ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε. αὐτὸς δὲ ὁ θεὸς τῆς εἰρήνης ἁγιάσαι ὑμᾶς ὁλοτελεῖς. καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα, καὶ ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα ἀμέμπτως ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ τηρηθείη. πιστὸς ὁ καλῶν ὑμᾶς, ὃς καὶ ποιήσει. ἀδελφοὶ, προσεύχεσθε περὶ ἡμῶν. ἀσπάζεσθε τοὺς ἀδελφοὺς πάντας ἐν φιλήματι ἁγίῳ. ὁρκίζω ὑμᾶς τὸν κύριον, ἀναγνωσθῆναι τὴν ἐπιστολὴν πᾶσι τοῖς ἁγίοις ἀδελφοῖς. ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ μεθ' ὑμῶν. ἀμήν.

gaudete, indesinenter orate, in omnib⁹ gratias agite. Hæc enim est uoluntas dei per Christum Iesum erga uos. Spiritū ne extinguatis, pphetias ne aspernemini. Oīnia probate: quod bonum fuerit, tenete. Ab omni specie mala abstinete. Ipse aūt deus pacis sanctificet uos totos. Et integer uester spirit⁹, & anima & corpus, ita ut in nullo possitis culpari, in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur. Fidelis est qui uocauit uos, qui idem efficiet. Fratres, orate pro nobis. Salutate fratres omneis cum oscu lo sancto. Adiuro uos per dominū, ut recitetur hæc epistola omnibus sanctis fratribus. Gratia domini nostri Iesu Christi sit uobiscum. Amen.

πρὸς θεσσαλονικεῖς πρώτη ἐγράφη ἀπ' ἀθηνῶν.

Ad Thessalonicenses prima scripta fuit ex Athenis.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΙΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

Αὐτὴν ἐπιστέλλει ἀπὸ ῥώμης, ἡ δὲ πρόφασις ἡ ἐπιστολῆς αὕτη. ἦσαν ἀπὸ θεσσαλονίκης ἀργοὶ καὶ ἄτακτοι πολυπραγμονοῦντες, τοὺς ἀδελφοὺς ἀφιστάντες, ὡς ἤδη ἡ παρουσία τοῦ κυρίου ἐνεστάκοι. ἀπάτων δὲ τοὺς ἀκούοντας, ὡς τοῦ ἀποστόλου τοῦτο διαλεγομένου, καὶ ὑπὸ πνεύματος ἀκούσαντες. ταῦτα τοίνυν μαθὼν ὁ ἀπόστολος, γράφει πάλιν ἐπιστολήν. καὶ πρῶτον μὲν ἀπολογεῖται πάλιν πίστιν αὐτῶν αὐξάνεσθαι, καὶ ὅτι ἐν αὐτοῖς ἐναυχᾶται, τὰς θλίψεις γενναίως ἀποφέρουσι δίκαια δὲ κρίσεως. καὶ παραινεῖ μὴ ἀπορρέπειν πάλιν πίστεως ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐκείνων ἀσεβῶν. ἐπειτα πάλιν ἡ παρουσία τοῦ σωτῆρος διδάσκει, μηδένα αὐτοὺς πείθειν, μηδὲ ἀγοᾶσθαι αὐτοὺς, μήτε διὰ πνεύματος, μήτε διὰ λόγου ὡς αὐτοῦ γράψαντος, μηδόλως νομίζειν ἤδη πάρεναι αὐτόν. καὶ γὰρ πρότερον ἔσεσθαι αὐτὸν, ἐὰν μὴ ἡ ἀποστασία πρῶτον ἔλθῃ, καὶ μετ' αὐτὴν ὁ ἀντίχριστος, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὃν τὴν παρουσίαν ἐν σημείοις καὶ τέρασι ψεύδους κατενέργειαν τοῦ σατανᾶ ἔσεσθαι, σημαίνει. ἔτι τὰ παραινέσας αὐτοῖς στῆκειν γενναίως, καὶ κρατεῖν τὰς παραδόσεις, ἃς ἐδιδάχθησαν παρ' αὐτοῦ, παραγγέλλει μηδὲ μίαν κοινωνίαν ἔχειν μετὰ τῶν ἀτάκτων, ἀλλὰ ἀποβάλλειν αὐτούς. εἶναι γὰρ καὶ πλάνους ἐδίδασκον τοὺς τοιούτους. καὶ καθόλου δὲ παραγγέλλει ὅμοιον εἶναι τοῖς λόγοις αὐτοῦ, τοῦτον ἀπροσωπόληπτον γίνεσθαι. τὰ λοιπὸν ἐπιδεξάμενος αὐτοῖς εἰρήνην, πέμπει τὴν ἐπιστολήν, τὸν ἀσπασμὸν τῇ ἰδίᾳ χειρὶ γράψας, ὅπερ σημεῖον εἶναι πάσης ἐπιστολῆς ἐδίδαξεν.

IN EPISTOLAM AD THESSALONICENSES POSTERIOREM ARGVMENTVM PER ERASMVM ROTERODAMVM.

QVoniam non contigit Paulo facultas reuiſendi Theſſalonicenſes, p epiſtolam confirmat illorũ animos, ut fortiter ferant illatas ob Chriſtum afflictiones, nec ipſis defuturum præmium, nec aduerſarijs uindictam. Rurſum de die aduentus domini, de quo nonnihil attigerat in epiſtola ſuperiori, monet, ne quid cõmouerentur quorundam dictis, qui aſſeuerabant illum iam inſtare, tecte, ſicuti putant, ſignificans, prius abolendum Rhomanum imperium, ac deinde uenturum Antichriſtum. Attentius etiam inculcat, coërcendos eſſe, qui ocio & curioſitate ſua turbarent quietem & ordinẽ publicum, & ad opus adigendos, cum ipſe Paulus apud eos manibus ſuis laborarit. Scripſit Athenis per eoſdem, per quos miſit priorem epiſtolam, ut noſtra docent argumenta. FINIS.

ΠΡΟΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΙΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΔΕΥΤΕΡΑ.

AD THESSALONICENSES EPISTOLA SECVNDA.

ΠΑΥΛΟΣ καὶ σιλουανὸς καὶ τιμόθεος, τῇ ἐκκλησίᾳ θεσσαλονικέων ἐν θεῷ πατρὶ ἡμῶν καὶ κυρίῳ ἰησοῦ χριστῷ. χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ. Εὐχαριστεῖν ὀφείλομεν τῷ θεῷ πάντοτε περὶ ὑμῶν ἀδελφοί, καθὼς ἄξιόν ἐστιν, ὅτι ὑπεραυξάνει ἡ πίστις ὑμῶν, καὶ πλεονάζει ἡ ἀγάπη ἑνὸς ἑκάστου πάντων ὑμῶν εἰς ἀλλήλους, ὥστε ἡμᾶς αὐτοὺς ἐν ὑμῖν καυχᾶσθαι ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ θεοῦ, ὑπὲρ τῆς ὑπομονῆς ὑμῶν καὶ πίστεως, ἐν πᾶσι τοῖς διωγμοῖς ὑμῶν, καὶ ταῖς θλίψεσιν αἷς ἀνέχεσθε, ἔνδειγμα τῆς δικαίας κρίσεως τοῦ θεοῦ, εἰς τὸ καταξιωθῆναι ὑμᾶς τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ, ὑπὲρ ἧς καὶ πάσχετε. εἴπερ δίκαιον παρὰ θεῷ, ἀνταποδοῦναι τοῖς θλίβουσιν ὑμᾶς, θλῖψιν

PAulus & Siluanus ac Timotheus, eccleſiæ Theſſalonicenſium in deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto. Gratia ſit uobis & pax à deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto. Gratias agere debemus deo ſemper de uobis fratres, ut par eſt, quod uehementer augeſcit fides ueſtra, & exuberat mutua ueſtra omnium charitas, cuiuſq; in alterum, adeo ut nos ipſi de uobis gloriemur in eccleſijs dei, de tolerantia ueſtra & fide, ſup omnibus p̃ſecutiõibus ueſtris, & afflictionibus, quas ſuſtinetis, documẽtũ iuſti iudicij dei, in hoc ut digni habeamini regno dei, pro q̃ & patimini. Siquidẽ iuſtũ eſt apud deũ, reddere ijs qui affligũt uos, afflictionem

θλίψιν, καὶ ὑμῖν τοῖς θλιβομένοις ἄνεσιν μεθ' ἡμῶν, ἐν τῇ ἀποκαλύψει τοῦ κυρίου Ἰησοῦ ἀπ' οὐρανοῦ, μετ' ἀγγέλων δυνάμεως αὐτοῦ, ἐν πυρὶ φλογός, διδόντος ἐκδίκησιν τοῖς μὴ εἰδόσι θεὸν, καὶ τοῖς μὴ ὑπακούουσι τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, οἵτινες δίκην τίσουσιν, ὄλεθρον αἰώνιον, ἀπὸ προσώπου τοῦ κυρίου, καὶ ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, ὅταν ἔλθῃ ἐν δοξασθῆναι ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, καὶ θαυμασθῆναι ἐν πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν, ὅτι ἐπιστεύθη τὸ μαρτύριον ἡμῶν ἐφ' ὑμᾶς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, εἰς ὃ καὶ προσευχόμεθα πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἵνα ὑμᾶς ἀξιώσῃ τῆς κλήσεως ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ πληρώσῃ πᾶσαν εὐδοκίαν ἀγαθωσύνης, καὶ ἔργον πίστεως ἐν δυνάμει, ὅπως ἐνδοξασθῇ τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν ὑμῖν, καὶ ὑμεῖς ἐν αὐτῷ κατὰ τὴν χάριν τοῦ θεοῦ ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς ἀδελφοὶ ὑπὲρ τῆς παρουσίας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡμῶν ἐπισυναγωγῆς ἐπ' αὐτὸν, εἰς τὸ μὴ ταχέως σαλευθῆναι ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ νοὸς, μήτε θροεῖσθαι, μήτε διὰ πνεύματος, μήτε διὰ λόγου, μήτε δι' ἐπιστολῆς ὡς δι' ἡμῶν, ὡς ὅτι ἐνέστηκεν ἡ ἡμέρα τοῦ Χριστοῦ, μή τις ὑμᾶς ἐξαπατήσῃ κατὰ μηδένα τρόπον, ὅτι ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον, καὶ ἀποκαλυφθῇ ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον θεὸν, ἢ σέβασμα, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ, ὡς θεὸν καθίσαι, ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν ὅτι ἔστι θεός. οὐ μνημονεύετε, ὅτι ἔτι ὢν πρὸς ὑμᾶς, ταῦτα ἔλεγον ὑμῖν; καὶ νῦν τὸ κατέχον οἴδατε, εἰς τὸ ἀποκαλυφθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ ἑαυτοῦ καιρῷ. τὸ γὰρ μυστήριον ἤδη ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας, μόνον ὁ κατέχων ἄρτι ἕως ἐκ μέσου γένηται, καὶ τότε ἀποκαλυφθήσεται ὁ ἄνομος, ὃν ὁ κύριος ἀναλώσει

afflictionem, & uobis qui affligimini requiem laxationem nobiscum, cum reuelabitur dominus Iesus de cœlo, cum angelis potentiæ suæ, cum incendio flammæ, qui infligit ultionem ijs, qui non nouerunt deum, & qui non obediunt euangelio domini nostri Iesu Christi, qui pœnam luent, interitum æternũ, à facie domini, & à gloria fortitudinis illius, cum uenerit, ut glorificetur in sanctis suis, & admirandus fiat in omnibus credentibus, quòd fides habita sit testimonio nostro erga uos in die illo, ad quod etiã oramus semper pro uobis, ut uos dignos habeat ista uocatione deus noster, & compleat oẽ bonum propositum bonitatis, & opus fidei cũ potentia, ut illustretur nomen domini nostri Iesu Christi per uos, & uos per illum, iuxta gratiam dei nostri & domini Iesu Christi.

Rogamus autem uos fratres, per aduentum domini nostri Iesu Christi, & nostri aggregationem in illum, ne cito dimoueamini à mente, neq; turbemini, neq; per spiritum, neq; per sermonem, neq; per epistolam, tanquam à nobis profectam, quasi instet dies Christi, ne quis uos decipiat ullo modo, quoniam non aduenerit dominus, nisi uenerit defectio prius, & reuelatus fuerit homo ille sceleratus, filius perditus, qui est aduersarius, & effertur aduersus omnem, qui dicitur deus aut numen, adeo ut in templo dei sedeat, ostentans seipsum esse deum. An non meministis, quod cum adhuc essem apud uos, hæc dixerim uobis? Et nunc quid detineat scitis, nempe, ut ille reueletur in suo tempore. Nam mysterium nunc agit iniquitatis, tantum qui tenet, in præsentia teneat, donec è medio tollatur, & tũc patefiet iniquus ille, quem dominus

II

ἀναλώσει τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ καταργήσει τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ, οὗ ἐστὶν ἡ παρουσία κατ' ἐνέργειαν τοῦ Σατανᾶ ἐν πάσῃ δυνάμει καὶ σημείοις, καὶ τέρασι ψεύδους, καὶ ἐν πάσῃ ἀπάτῃ τῆς ἀδικίας ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις, ἀνθ' ὧν τὴν ἀγάπην τῆς ἀληθείας οὐκ ἐδέξαντο, εἰς τὸ σωθῆναι αὐτούς. καὶ διὰ τοῦτο πέμψει αὐτοῖς ὁ θεὸς ἐνέργειαν πλάνης, εἰς τὸ πιστεῦσαι αὐτοὺς τῷ ψεύδει, ἵνα κριθῶσι πάντες οἱ μὴ πιστεύσαντες τῇ ἀληθείᾳ, ἀλλ' εὐδοκήσαντες ἐν τῇ ἀδικίᾳ. ἡμεῖς δὲ ὀφείλομεν εὐχαριστεῖν τῷ θεῷ πάντοτε περὶ ὑμῶν ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι ὑπὸ κυρίου, ὅτι εἵλετο ὑμᾶς ὁ θεὸς ἀπαρχὴν εἰς σωτηρίαν ἐν ἁγιασμῷ πνεύματος, καὶ πίστει ἀληθείας, εἰς ὃ ἐκάλεσεν ὑμᾶς διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἡμῶν, εἰς περιποίησιν δόξης τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἄρα οὖν ἀδελφοί, στήκετε καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις ἃς ἐδιδάχθητε, εἴτε διὰ λόγου, εἴτε δι' ἐπιστολῆς ἡμῶν. αὐτὸς δὲ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς καὶ ὁ θεὸς καὶ πατὴρ ἡμῶν, ὁ ἀγαπήσας ἡμᾶς, καὶ δοὺς παράκλησιν αἰωνίαν, καὶ ἐλπίδα ἀγαθὴν ἐν χάριτι, παρακαλέσαι ὑμῶν τὰς καρδίας, καὶ στηρίξαι ὑμᾶς ἐν παντὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἀγαθῷ.

III Τὸ λοιπόν, προσεύχεσθε ἀδελφοὶ περὶ ἡμῶν, ἵνα ὁ λόγος τοῦ κυρίου τρέχῃ καὶ δοξάζηται, καθὼς καὶ πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἵνα ῥυσθῶμεν ἀπὸ τῶν ἀτόπων καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων. οὐ γὰρ πάντων ἡ πίστις, πιστὸς δέ ἐστιν ὁ κύριος, ὃς στηρίξει ὑμᾶς, καὶ φυλάξει ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. πεποίθαμεν δὲ ἐν κυρίῳ ἐφ' ὑμᾶς, ὅτι ἃ παραγγέλλομεν ὑμῖν, καὶ ποιεῖτε καὶ ποιήσετε. ὁ δὲ κύριος κατευθύναι ὑμῶν τὰς καρδίας εἰς τὴν ἀγάπην τοῦ θεοῦ, καὶ εἰς τὴν ὑπομονὴν τοῦ χριστοῦ. παραγγέλλομεν δὲ ὑμῖν ἀδελφοί, ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, στέλλεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος,

conficiet spiritu oris sui, & abolebit claritate aduentus sui, cuius est aduentus secundum operationem satanæ, cum omni potentia, & signis, ac prodigijs mendacibus, & cum omni deceptione iniusticiæ, in ijs qui pereunt, pro eo quod dilectionem ueritatis non receperunt in hoc, ut salui fierent. Et propterea mittet illis deus efficaciam illusionis, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes, qui nō crediderunt ueritati, sed approbauerunt iniusticiam. Nos autem debemus gratias agere deo semper de uobis, fratres dilecti à domino, quod elegerit uos deus ab initio in salutē, per sanctificationē spiritus, ac fidem ueritatis, ad quod uocauit uos per euangelium nostrum, in acquisitionem gloriæ domini nostri Iesu Christi. Itaq; fratres state, & tenete institutiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Ipse uero dominus noster Iesus Christus, & deus ac pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam per gratiam, consoletur uestra corda, & stabiliat uos in omni sermone & opere bono.

Quod superest, orate fratres pro nobis, ut sermo domini currat & glorificetur, sicut & apud uos, & ut eripiamur ab absurdis ac peruersis hominibus. Non enim omnium est fides, sed fidelis est dominus, qui stabiliet uos, & custodiet à malo. Confidimus autem per dominum de uobis, quod quæ præcipimus uobis, & faciatis, & facturi sitis. Porrò dominus dirigat uestra corda in dilectionem dei, & in expectationem Christi. Præcipimus autem uobis fratres, per nomen domini nostri Iesu Christi, ut subducatis uos ab omni fratre, qui inordinate se gerit, & non iuxta

III

καὶ μὴ κατὰ τὴν παράδοσιν ἣν παρέλαβεν παρ' ἡμῶν. αὐτοὶ γὰρ οἴδατε, πῶς δεῖ μιμεῖσθαι ἡμᾶς, ὅτι οὐκ ἠτακτήσαμεν ἐν ὑμῖν, οὐδὲ δωρεὰν ἄρτον ἐφάγομεν παρά τινος, ἀλλ' ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ νύκτα καὶ ἡμέραν ἐργαζόμενοι, πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαί τινα ὑμῶν. οὐχ, ὅτι οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν, ἀλλ' ἵνα ἑαυτοὺς τύπον δῶμεν ὑμῖν εἰς τὸ μιμεῖσθαι ἡμᾶς. καὶ γὰρ ὅτε ἦμεν πρὸς ὑμᾶς, τοῦτο παρηγγέλλομεν ὑμῖν, ὅτι εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω. ἀκούομεν γάρ τινας περιπατοῦντας ἐν ὑμῖν ἀτάκτως, μηδὲν ἐργαζομένους, ἀλλὰ περιεργαζομένους· τοῖς δὲ τοιούτοις παραγγέλλομεν καὶ παρακαλοῦμεν διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵνα μετὰ ἡσυχίας ἐργαζόμενοι, τὸν ἑαυτῶν ἄρτον ἐσθίωσιν. ὑμεῖς δέ, ἀδελφοί, μὴ ἐγκακήσητε καλοποιοῦντες. εἰ δέ τις οὐχ ὑπακούει τῷ λόγῳ ἡμῶν, διὰ τῆς ἐπιστολῆς τοῦτον σημειοῦσθε, καὶ μὴ συναναμίγνυσθε αὐτῷ, ἵνα ἐντραπῇ, καὶ μὴ ὡς ἐχθρὸν ἡγεῖσθε, ἀλλὰ νουθετεῖτε ὡς ἀδελφόν. αὐτὸς δὲ ὁ κύριος τῆς εἰρήνης δώη ὑμῖν τὴν εἰρήνην διὰ παντὸς ἐν παντὶ τρόπῳ. ὁ κύριος μετὰ πάντων ὑμῶν. ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου, ὅ ἐστι σημεῖον ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ· οὕτως γράφω. ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν.

uxta institutiõem quam accepit à nobis. Nam ipsis scitis, quomodo oporteat imitari nos: quoniam non inordinate gessimus nos inter uos, neq; gratis panem accepimus à quoq̃, sed cũ labore & sudore nocte diéq; facientes opus, ad hoc, ne cui uestrum essemus oneri. Non, quod id nobis non liceat, sed ut nosmetipsos formã exhiberemus uobis ad imitandum nos. Etẽ cũ essemus apud uos, hoc præcipiebamus uobis, ut si quis nollet operari, is nec ederet. Audimus enim quosdã uersantes inter uos inordinate, nihil opis facientes, sed curiose agentes. Iis autem qui sunt istiusmodi, præcipimus & obsecramus per dñm nostrũ Iesum Cristũ, ut cũ quiete operantes, suũ ipsorũ panem edant. Vos aũt fratres, ne defatigemini in bñfaciẽdo. Quod si quis nõ obedit sermoni nostro, per epistolam hunc indicate: & ne cõmercium habeatis cum illo, ut pudore suffundat̃: neq; uelut inimicum habeatis, sed admonete ut fratrem. Ipse autẽ dominus pacis det uobis pacem semper omnibus modis. Dominus sit cum omnibus uobis. Salutatio mea manu Pauli, quod est signum in omni epistola. Ita scribo. Gratia domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus uobis. Amen.

Ἐγράφη ἀπὸ Ἀθηνῶν.

Missa fuit ex Athenis.

Digitized by Google

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΤΙΜΟΘΕΟΝ ΠΡΩΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

ΑΥτλω ὠπὸ τῆς ἐν μακεδονίᾳ. ἡ δὲ πρόφασις τῆ ὠπὸ τολῆς ἄυτη. ὧν τῇ ἐφέσῳ ὤντες ἰσθ αἴζοντες ἐπιχείρειν ἐπροδιδασκαλεῖν, καὶ ἀναταῖν τοὺς ἀκριβοῦς προφάσει τοῦ νόμου. τοῦτο δὲ μαθὼν ὁ ἀπόστολος, παρεγένετο ὠπὸ μακεδονίας εἰς ἔφεσον πρὸς Τιμόθεον αὐτῷ γράφει δὲ τῶν ἐπιστολήν, ἵνα πρῶτον μὲν ὑπομιμνήσκει Τιμόθεον, εἰδότα τῆ ὧν χριστῷ πίστιν, διδάσκων αὐτὸν περὶ τοῦ νόμου παλιῶν τοὺς πρὸς τῶν ὀρθὴν διδασκαλίαν λαλοῦντας, ἐπιζημίαν τε αὐτοῖς. ὧν γῆς καὶ αὐτὸς ὑμῶν ὢν ἀλέξανδρον ναυαγήσαντας περὶ τῶν πίστιν, παρέδωκε ὧν Σατανᾶ, ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν. ταῦτα ὑπομνήσας, λοιπὸν διατάσσει αὐτῷ κανόνας ἐκκλεσιαστικοὺς περὶ προσευχῆς, πῶς καὶ πῶ, ὧν περὶ τίνων δεῖ προσεύχεσθαι, περὶ τοῦ διγάμου ὧν ἐκκλησίας τὰς γυναῖκας, ὧν μᾶλλον μανθάνειν, καὶ μὴ διδάσκειν αὐτάς. περὶ ἐπισκόπων ὧν πρεσβυτέρων, ὧν διακόνων, πῶς καὶ οἵους εἶναι δεῖ τοὺς καθισαμένους. περὶ τῶν ὧν τῇ ἐκκλησίᾳ χηρῶν, ἀπὸ πόσων ἐτῶν χρὴ ταύτας καταλέγεσθαι, ὧν οἵους αὐτὰς εἶναι δεῖ, καὶ πῶς αὐταῖς δεῖ προσέχειν περὶ τοῦ σωφρονεῖν τοὺς νεωτέρους, καὶ γαμεῖν μᾶλλον, ὧν μὴ αἰχρῶς ζῆν. περὶ τοῦ παραγγέλλειν τοὺς πλουσίους, μὴ ὑψηλοφρονεῖν, μηδὲ ἐλπίζειν ἐπὶ πλούτῳ. περὶ τότων διατασσόμενος προέφερεν αὐτὸν ταῦτα διδάσκειν, καὶ μηκέτι ὑδροποτεῖν, προσέχειν δὲ ἑαυτῷ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ, εἰδότα, ἔσεσθαι καιροὺς ἐν οἷς ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως, διδάξας δὲ καθαρὰ εἶναι καὶ τὰ βρώματα, ὧν παραγείλαντος αὐτῷ ἐκζέπεσθαι τὰς ἐμφιλονείκους ζητήσεις ὡς βεβήλους, ἃς τινες καυχώμενοι περὶ ἔσχον τὴν πίστιν, οὕτως πλανῶ τὴν ἐπιστολήν.

IN EPISTOLAM AD TIMOTHEVM PRIOREM, ARGVMENTVM PER ERASMVM ROTERODAMVM.

Timotheũ matre Iudæa, ſed Chriſtiana, patre Græco, Paulus in miniſterium adoptarat, probæ indolis iuuenẽ, & ſacris literis eruditũ, quẽ tamẽ ob Iudæos coactus eſt circũcidere. Quoniã aũt huic eccleſiarũ curã delegarat, ſicut & Tito, quas ipſe nõ poterat adire, inſtituit eũ in functione epiſcopali, & in diſciplina eccleſiæ, nõ ſic admonens ut diſcipulũ, ſed ut filiũ, & collegã. Id quo cũ maiore faciat autoritate, ſubinde apoſtolicam autoritatem ſibi uindicat. Admonet aũt, ut reiectis, qui Iudaicas fabulas inuehentẽt, ea doceret, quæ eſſent fidei & charitatis: deinde principũ licet ethnicorũ, autoritatẽ, quoniã hinc pendebat ordo ciuitatis, & tranquillitas rei publicæ, adeo non ſpernendã Chriſtianis, ut p his orari iubeat. Quid uiros deceat in cœtu eccleſiaſtico, quid mulieres, præſcribit. Epiſcopũ depingit cum ſua familia. Atq; hæc fermè tribus primis capitibus. Deinde admonet, ne recipiat Iudaicas fabulas, de ciborũ delectu, de uitando cõiugio. Mox docet, qualẽ ſe præſtare debeat erga grandes natu uiros, erga iuuenes, erga anus, erga puellas, erga uiduas diuites ac pauperes & eccleſiæ ſtipe alendas, erga adoleſcentiores & ſuſpectæ etiãnum ætatis. Ad hæc præſcribit, quid præcipere debeat dominis, quid ſeruis, quid diuitib⁹: admonens modis omnibus reijciendas contentioſas quæſtiones ſophiſtarum, inani doctrinæ ſpecie ſeſe uenditãtiũ. Scribit è Laodicea p Tychicũ diaconũ. FINIS.

Digitized by Google

ΠΡΟΣ ΤΙΜΟΘΕΟΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΩΤΗ.

ΠΑΥΛΟΣ ἀπόστολος Ἰησοῦ χριστοῦ κατ' ἐπιταγὴν θεοῦ σωτῆρος ἡμῶν, καὶ κυρίου Ἰησοῦ χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, Τιμοθέῳ γνησίῳ τέκνῳ ἐν πίστει· χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰησοῦ χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν. καθὼς παρεκάλεσά σε προσμεῖναι ἐν Ἐφέσῳ, πορευόμενος εἰς Μακεδονίαν, ἵνα παραγγείλῃς τισὶ μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν, μηδὲ προσέχειν μύθοις, καὶ γενεαλογίαις ἀπεράντοις, αἵτινες ἐκζητήσεις παρέχουσι μᾶλλον ἢ οἰκοδομίαν θεοῦ τὴν ἐν πίστει. τὸ δὲ τέλος τῆς παραγγελίας ἐστὶν ἀγάπη ἐκ καθαρᾶς καρδίας, καὶ συνειδήσεως ἀγαθῆς, καὶ πίστεως ἀνυποκρίτου. ὧν τινες ἀστοχήσαντες ἐξετράπησαν εἰς ματαιολογίαν, θέλοντες εἶναι νομοδιδάσκαλοι, μὴ νοοῦντες μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται. οἴδαμεν δὲ, ὅτι καλὸς ὁ νόμος, ἐάν τις αὐτῷ νομίμως χρῆται, εἰδὼς τοῦτο, ὅτι δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται, ἀνόμοις δὲ καὶ ἀνυποτάκτοις, ἀσεβέσι καὶ ἁμαρτωλοῖς, ἀνοσίοις καὶ βεβήλοις, πατρολῴαις καὶ μητραλῴαις, ἀνδροφόνοις, πόρνοις, ἀρσενοκοίταις, ἀνδραποδισταῖς, ψεύσταις, ἐπιόρκοις, καὶ εἴ τι ἕτερον τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ ἀντίκειται κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τῆς δόξης τοῦ μακαρίου θεοῦ, ὃ ἐπιστεύθην ἐγώ. καὶ χάριν ἔχω τῷ ἐνδυναμώσαντί με Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ὅτι πιστόν με

AD TIMOTHEVM EPISTOLA PRIMA.

PAulus apostol⁹ Iesu Christi iuxta delegatiõem dei seruatoris nostri, & domini Iesu Christi, q est spes nostra, Timotheo germano filio in fide. Gratia, misericordia, pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo domino nostro. Quemadmodum rogaui te, ut remaneres Ephesi, cum proficiscerer in Macedoniam: ita facito, ut denuncies quibusdam, ne diuersam sequãtur doctrinã, nec attendant fabulis & genealogijs nunquam finiendis, quæ quæstiones præbent magis quam ædificationem dei, quæ est p fidem. Porrò finis præcepti, est charitas ex puro corde, & conscientia bona, & fide nõ simulata. A quibus quod aberrarunt quidam, deflexerunt ad uaniloquium, uolentes esse legis doctores, nõ intelligẽtes quæ loquuntur, neque de quibus asseuerant. Scimus autem, quod bona sit lex, si quis ea legitime utatur, sciens illud, quod iusto lex nõ sit posita, sed iniustis & inobsequẽtibus, impijs & peccatoribus, irreuerẽtibus & prophanis, patricidis & matricidis, homicidis, scortatoribus, masculorum concubitoribus, plagiarijs, mendacibus, periuris, & si quid aliud est, quod sanæ doctrinæ aduersetur secundum euangelium gloriæ beati dei, quod concreditũ est mihi. Et gratiam habeo, qui me potentem reddidit Christo Iesu domino nostro, quia fidelẽ

Digitized by Google

με ἠγήσατο, θέμενον εἰς διακονίαν, τὸν πρότερον ὄντα βλάσφημον, καὶ διώκτην, καὶ ὑβριστὴν, ἀλλὰ καὶ ἠλεήθην, ὅτι ἀγνοῶν ἐποίησα ἐν ἀπιστίᾳ. ὑπερεπλεόνασε δὲ ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν μετὰ πίστεως καὶ ἀγάπης, τῆς ἐν χριστῷ Ἰησοῦ. πιστὸς ὁ λόγος, καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος, ὅτι χριστὸς Ἰησοῦς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ· ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἠλεήθην, ἵνα ἐν ἐμοὶ πρώτῳ ἐνδείξηται Ἰησοῦς χριστὸς τὴν πᾶσαν μακροθυμίαν πρὸς ὑποτύπωσιν τῶν μελλόντων πιστεύειν ἐπ' αὐτῷ εἰς ζωὴν αἰώνιον. τῷ δὲ βασιλεῖ τῶν αἰώνων ἀφθάρτῳ, ἀοράτῳ, μόνῳ σοφῷ θεῷ τιμὴ, δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. ταύτην τὴν παραγγελίαν παρατίθεμαί σοι τέκνον Τιμόθεε, κατὰ τὰς προαγούσας ἐπί σε προφητείας, ἵνα στρατεύῃ ἐν αὐταῖς τὴν καλὴν στρατείαν, ἔχων πίστιν καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν, ἣν τινες ἀπωσάμενοι περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν, ὧν ἐστιν Ὑμέναιος καὶ Ἀλέξανδρος, οὓς παρέδωκα τῷ σατανᾷ, ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν.

Παρακαλῶ οὖν, πρῶτον πάντων ποιεῖσθαι δεήσεις, προσευχὰς, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων, ὑπὲρ βασιλέων, καὶ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων, ἵνα ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι. τοῦτο γὰρ καλὸν καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεοῦ, ὃς πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. εἷς γὰρ θεὸς, εἷς καὶ μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος χριστὸς Ἰησοῦς, ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων, τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις, εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κῆρυξ καὶ ἀπόστολος, ἀλήθειαν λέγω ἐν χριστῷ, οὐ ψεύδομαι, διδάσκαλος ἐθνῶν ἐν

me iudicauit, ponēdo in miniſterium, qui prius eram blaſphemus, & perſecutor, & uiolentus, ſed & miſericordiam adeptus ſum, quod ignorans fecerim per incredulitatem. Exuberauit autem ſupra modum gratia domini noſtri cum fide & dilectione, quæ eſt per Chriſtū Ieſum. Certus ſermo & dignus, quem modis omnibus amplectamur, quod Chriſtus Ieſus uenit in mūdum, ut peccatores ſaluos faceret, quorum primus ſum ego. Verum ideo miſericordiā ſum adeptus, ut in me primo oſtenderet Ieſus Chriſtus omnem dementiam ad exprimendum exemplar iis, qui crediturī eſſent in ipſo, in uitam æternam. Regi autem ſeculorum immortali, inuiſibili, ſoli ſapienti deo honor, gloria, in ſecula ſeculorum, amen. Hoc præceptum cōmendo tibi fili Timothee, iuxta prophetias quæ de te præceſſerunt, ut milites in eis bonam militiam, habens fidem & bonam conſcientiā, qua repulſa nōnulli circa fidem naufragiū fecerunt, quorum de numero eſt Hymenæus & Alexander, quos tradidi ſatanæ, ut diſcant non maledicere.

II Adhortor igitur, ut ante omnia fiant deprecationes, obſecrationes, interpellatiōes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus in eminentia conſtitutis, ut placidam ac quietam uitam degamus cum omni pietate & honeſtate. Nam hoc bonū eſt & acceptum coram ſeruatore noſtro deo, qui cunctos homines uult ſaluos fieri, & ad agnitionē ueritatis uenire. Vnus enim deus, unus etiā conciliator dei & hominū, homo Chriſtus Ieſus, qui dedit ſemetipſum pretium redēptionis pro omnibus, ut eſſet teſtimoniū temporibus ſuis, in quod poſitus ſum ego præco & apoſtolus. Veritatem dico in Chriſto, non mentior, doctor gentium

cum

Digitized by Google

ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ. Βούλομαι οὖν προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν παντὶ τόπῳ, ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ. ὡσαύτως καὶ τὰς γυναῖκας ἐν καταστολῇ κοσμίῳ, μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν ἑαυτάς, μὴ ἐν πλέγμασιν, ἢ χρυσῷ, ἢ μαργαρίταις, ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ, ἀλλ' ὃ πρέπει γυναιξίν, ἐπαγγελλομέναις θεοσέβειαν δι' ἔργων ἀγαθῶν. γυνὴ ἐν ἡσυχίᾳ μανθανέτω ἐν πάσῃ ὑποταγῇ. γυναικὶ δὲ διδάσκειν οὐκ ἐπιτρέπω, οὐδὲ αὐθεντεῖν ἀνδρός, ἀλλεῖναι ἐν ἡσυχίᾳ. Ἀδὰμ γὰρ πρῶτος ἐπλάσθη, εἶτα Εὔα, καὶ Ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη, ἡ δὲ γυνὴ ἀπατηθεῖσα ἐν παραβάσει γέγονε, σωθήσεται δὲ διὰ τῆς τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ καὶ ἁγιασμῷ μετὰ σωφροσύνης. Πιστὸς ὁ λόγος. Εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται, καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ. δεῖ οὖν τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίλημπτον εἶναι, μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα, νηφάλιον, σώφρονα, κόσμιον, φιλόξενον, διδακτικόν, μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην, μὴ αἰσχροκερδῆ, ἀλλ' ἐπιεικῆ, ἄμαχον, ἀφιλάργυρον, τοῦ ἰδίου οἴκου καλῶς προϊσταμένον, τέκνα ἔχοντα ἐν ὑποταγῇ μετὰ πάσης σεμνότητος. Εἰδέ τις τοῦ ἰδίου οἴκου προστῆναι οὐκ οἶδε, πῶς ἐκκλησίας θεοῦ ἐπιμελήσεται; μὴ νεόφυτον, ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρίμα ἐμπέσῃ τοῦ διαβόλου. δεῖ δὲ αὐτὸν καὶ μαρτυρίαν καλὴν ἔχειν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, ἵνα μὴ εἰς ὀνειδισμὸν ἐμπέσῃ καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου. Διακόνους ὡσαύτως σεμνούς, μὴ διλόγους, μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχοντας, μὴ αἰσχροκερδεῖς, ἔχοντας τὸ μυστήριον τῆς πίστεως ἐν καθαρᾷ συνειδήσει. καὶ οὗτοι δὲ δοκιμαζέσθωσαν πρῶτον, εἶτα διακονείτωσαν, ἀνέγκλητοι ὄντες. γυναῖκας ὡσαύτως σεμνάς, μὴ διαβόλους, νηφαλίους, πιστὰς ἐν πᾶσι. διάκονοι ἔστωσαν μιᾶς γυναικὸς ἄνδρες, τέκνων καλῶς

cũrfide & ueritate. Volo igitur orare uiros in omni loco ſuſtollentes puras manus abque ira & diſceptatione. Cõſimiliter & mulieres in amictu modeſto, cum uerecundia & caſtitate ornare ſemetipſas, nõ tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut ueſtitu ſumptuoſo, ſed quod decet mulieres, profitentes pietatem per opera bona. Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione. Cæterum mulieri docere non permitto, neque autoritatem uſurpare in uiros, ſed eſſe in ſilentio. Adam enim prior formatꝰ eſt, deinde Eua. & Adam non fuit deceptus, ſed mulier ſeducta obnoxia facta eſt trãſgreſſioni, ſalua tamen fiet per generationem liberorũ, ſi manſerint in fide ac dilectione & ſanctificatione cum caſtitate.

Indubitatus ſermo. Si quis epiſcopi munus appetit, honeſtum opus deſiderat. Oportet igitur epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, unius uxoris maritum, uigilãtem, ſobriũ, modeſtũ, hoſpitalẽ, aptum ad docendum, non uinolentũ, nõ percuſſorẽ, nõ turpiter lucri cupidũ, ſed æquũ, alienũ à pugnis, alienum ab auaritia, qui ſuæ domui bene præſit, qui liberos habeat in ſubiectione cũ omni reuerentia. Quod ſi quis propriæ domui præeſſe nõ nouit, quomodo eccleſiã dei curabit? Nõ nouitiũ, ne inflatus in condẽnationẽ incidat calumniatoris. Oportet aũt illũ & bonũ habere teſtimoniũ ab extraneis, ne in probrũ incidat, & laqueum calumniatoris. Miniſtros itidem compoſitos, nõ bilingues, non multo uino deditos, non turpiter lucri auidos, tenentes myſterium fidei cum pura conſcientia. atq; hi probentur prius, deinde miniſtrent ſic, ut nemo poſſit illos criminari. Vxores ſimiliter modeſtas, non calumnioſas, ſobrias, fidas in omnibus. Diaconi ſint unius uxoris mariti, qui liberis re-

cte

λῶς προϊσάμενοι, περὶ τὴν ἰδίαν οἰκίαν. οἱ γὰρ καλῶς διακονήσαντες, βαθμὸν ἑαυτοῖς καλὸν περιποιοῦνται, καὶ πολλὴν παῤῥησίαν ἐν πίστει τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. ταῦτά σοι γράφω, ἐλπίζων ἐλθεῖν πρός σε τάχιον. ἐὰν δὲ βραδύνω, ἵνα εἰδῇς πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ θεοῦ ἀναστρέφεσθαι, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία θεοῦ ζῶντος, στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, καὶ ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον. Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, ὤφθη ἀγγέλοις, ἐκηρύχθη ἐθνεσιν, ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ, ἀνελήφθη ἐν δόξῃ.

nos, sed secundum suam misericordiã saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, ac renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos opulente, per Iesum Christũ seruatorem nostrum, ut iustificati illius gratia, hæredes efficeremur iuxta spem uitæ æternæ. Indubitatus sermo. De his uolo ut confirmes, quo solliciti sint, ut bonis operibus præsint qui crediderũt deo. Hæc eñ sunt honesta & utilia hominibus. Stultas autem quæstiones, & genealogias, & contentiones, ac pugnas legales omitte: sunt enim inutiles & superuacaneæ. Sectarum autorem hominem, post unam & alterã admonitionem fuge, sciens, quod euersus sit, qui eiusmodi est, & peccet per se dãnatus. Cum autẽ misero Arteman ad te, aut Tychicum, da operã, ut uenias ad me Nicopolim, nam illic decreui hybernare. Zenam legisperitum & Apollo studiose deducito, ne quid illis desit. Discant autem & nostri, bonis operibus præesse, ad necessarios usus, ut non sint infrugiferi. Salutant te, qui mecum sunt omnes. Saluta eos, qui diligunt nos in fide. Gratia cum omnibus uobis. Amen.

Ἐγράφη ἐκ Νικοπόλεως τῆς Μακεδονίας.

Scripta ex Nicopoli Macedoniæ.

Π'ΡΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΦΙΛΗΜΟΝΑ Ε'ΠΙΣΤΟΛΗΣ.

ΤΑυτὸν ὠνήσεσθαι ἀπὸ χώμης. Ἡ δὲ πρόφασις τῆς ὠνήσεως αὕτη. Ὀνήσιμος ὁ οἰκέτης Φιλήμονος ἔφυγε, καὶ ἀπελθὼν πρὸς τὸν ἀπόστολον, κατηχήθη παρ' αὐτοῦ, καὶ γέγονεν αὐτῷ χρήσιμος εἰς διακονίαν. Περὶ τούτου γράφει Φιλήμονι, παραθέμενον αὐτῷ τὸν Ὀνήσιμον, ἵνα προσέχῃ αὐτῷ γνησίως, καὶ μηκέτι ἔχῃ αὐτὸν ὡς δοῦλον, ἀλλ' ὡς ἀδελφόν. Προετρέψατο δὲ αὐτὸν καὶ ξενίαν αὐτῷ ἑτοιμάζειν, ἵνα ἐὰν ἔλθῃ, ἔχῃ ποῦ μείνῃ. Καὶ οὕτως τέλειον τὸν ὠνήσιμον.

In epistolam

IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM, ARGVMENTVM PER ERASMVM ROTERODAMVM.

GRæci tradunt, hunc Philemonẽ genere Phrygẽ fuisse, quam nationẽ intractabilem ac seruilem esse, uel Græco prouerbio iactatum est: Phryx plagis emendatur. Quem tamen Paulus ob pietatem & officia in sanctos, inter præcipuos habuit amicos. Huius seruꝰ Onesimꝰ Rhomam profugerat non sine furto, quod ferè serui solent. Illic audito Paulo, q̃ tum in uinculis erat, euangelicam doctrinam amplexus est, ac Paulo seruiuit in carcere. Verum ne quid herus ob serui fugam animo cruciaretur, remittit eũ: sed miro studio, miráq; ciuilitate seruum & fugitiuum & compilatorem domino reconcilians, se interim sponsorem offerens, dependsurus, si quid ille suppilasset in fuga. Scribit enim è uinculis per dictum Onesimum, quem & filium uocat.

FINIS.

ΠΡΟΣ ΦΙΛΗΜΟΝΑ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΑΥΛΟΥ.

ΠΑΥΛΟΣ δέσμιος χριστοῦ ἰησοῦ καὶ τιμόθεος ὁ ἀδελφὸς φιλήμονι τῷ ἀγαπητῷ καὶ συνεργῷ ἡμῶν, καὶ ἀπφίᾳ τῇ ἀγαπητῇ, καὶ ἀρχίππῳ τῷ συστρατιώτῃ ἡμῶν, καὶ τῇ κατ᾽οἶκόν σου ἐκκλησίᾳ. χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ. εὐχαριστῶ τῷ θεῷ μου, πάντοτε μνείαν σου ποιούμενος ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου, ἀκούων σου τὴν ἀγάπην καὶ τὴν πίστιν, ἣν ἔχεις πρὸς τὸν κύριον ἰησοῦν, καὶ εἰς πάντας τοὺς ἁγίους, ὅπως ἡ κοινωνία τῆς πίστεώς σου ἐνεργὴς γένηται ἐν ἐπιγνώσει παντὸς ἀγαθοῦ, τοῦ ἐν ὑμῖν εἰς χριστὸν ἰησοῦν. χάριν γὰρ ἔχομεν πολλὴν καὶ παράκλησιν ἐπὶ τῇ ἀγάπῃ σου, ὅτι τὰ σπλάγχνα τῶν ἁγίων ἀναπέπαυται διὰ σοῦ ἀδελφέ. διὸ πολλὴν

AD PHILEMONEM EPISTOLA PAVLI.

PAulus uinctus Christi Iesu & Timotheus frater, Philemoni dilecto & collegæ nostro, & Apphiæ dilectæ, & Archippo cõmilitoni nostro, & quæ domi tuæ est, congregationi. Gratia uobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Gratias ago deo meo, semper mentionem tui faciens in precibus meis, cum audiam tuam charitatem ac fidẽ, quam habes erga dominum Iesum, & erga omnes sanctos, ut communicatio fidei tuæ efficax fiat in agnitione omnis boni, quod est in uobis erga Christum Iesum. Gaudium enim habemus multum, & consolationem in dilectione tua, quod uiscera sanctorum refocillata sunt per te frater. Quapropter quamuis mul

Digitized by Google

πολλὴν ἐν χριστῷ παῤῥησίαν ἔχων ἐπιτάσσειν σοι τὸ ἀνῆκον, διὰ τὴν ἀγάπην μᾶλλον παρακαλῶ, τοιοῦτος ὢν, ὡς παῦλος πρεσβύτης, νυνὶ δὲ καὶ δέσμιος ἰησοῦ χριστοῦ. παρακαλῶ σε περὶ τοῦ ἐμοῦ τέκνου, ὃν ἐγέννησα ἐν τοῖς δεσμοῖς μου, ὀνήσιμον, τόν ποτέ σοι ἄχρηστον, νυνὶ δὲ σοὶ καὶ ἐμοὶ εὔχρηστον, ὃν ἀνέπεμψα. σὺ δὲ αὐτὸν, τοῦτέστι, τὰ ἐμὰ σπλάγχνα προσλαβοῦ, ὃν ἐγὼ ἐβουλόμην πρὸς ἐμαυτὸν κατέχειν, ἵνα ὑπὲρ σοῦ μοι ἐν τοῖς δεσμοῖς τοῦ εὐαγγελίου διακονῇ· χωρὶς δὲ τῆς σῆς γνώμης οὐδὲν ἠθέλησα ποιῆσαι, ἵνα μὴ ὡς κατὰ ἀνάγκην τὸ ἀγαθόν σου ᾖ, ἀλλὰ κατὰ ἑκούσιον. τάχα γὰρ διὰ τοῦτο ἐχωρίσθη πρὸς ὥραν, ἵνα αἰώνιον αὐτὸν ἀπέχῃς, οὐκέτι ὡς δοῦλον, ἀλλ' ὑπὲρ δοῦλον, ἀδελφὸν ἀγαπητὸν, μάλιστα ἐμοί, πόσῳ δὲ μᾶλλον σοὶ καὶ ἐν σαρκὶ, καὶ ἐν κυρίῳ. εἰ οὖν με ἔχεις κοινωνόν, προσλαβοῦ αὐτὸν ὡς ἐμέ. εἰ δέ τι ἠδίκησέ σε, ἢ ὀφείλει, τοῦτο ἐμοὶ ἐλλόγει. ἐγὼ παῦλος ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρί. ἐγὼ ἀποτίσω. ἵνα μὴ λέγω σοι, ὅτι καὶ σεαυτόν μοι προσοφείλεις. ναὶ ἀδελφέ. ἐγώ σου ὀναίμην ἐν κυρίῳ· ἀνάπαυσόν μου τὰ σπλάγχνα ἐν κυρίῳ. πέποιθά σοι τῇ ὑπακοῇ σου ἔγραψά σοι, εἰδὼς, ὅτι καὶ ὑπὲρ ὃ λέγω, ποιήσεις. ἅμα δὲ καὶ ἑτοίμαζέ μοι ξενίαν. ἐλπίζω γάρ, ὅτι διὰ τῶν προσευχῶν ὑμῶν χαρισθήσομαι ὑμῖν. ἀσπάζονταί σε ἐπαφρᾶς ὁ συναιχμάλωτός μου ἐν χριστῷ ἰησοῦ, μᾶρκος, ἀρίσταρχος, δημᾶς, λουκᾶς, οἱ συνεργοί μου. ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ μετὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ὑμῶν. ἀμήν.

tam in Christo fiduciam habeã iniungendi tibi, id quod officij tui erat, tamen propter charitatem potius rogo, cũ talis sim, nempe Paulus senex, nunc autem etiã uinctus Iesu Christi. Rogo autem pro filio meo, quem genui in uinculis meis, Onesimo, quondã tibi inutili, nunc uero tibi & mihi perutili, quem remisi. Tu autem eũ, hoc est, uiscera mea suscipe, quem ego cupiebam apud me retinere, ut pro te ministraret mihi in uinculis euangelij, sed absq; tua sententia nihil uolui facere, ne uelut ex necessitate bonum tuum esset, sed sponta neum. Nam propterea forsitan secessit ad tempus, ut æternũ eum reciperes, non iam ut seruũ, sed supra seruum, nempe fratrem dilectum, maxime mihi, quanto autẽ magis tibi, & in carne, & in domino? Si igitur me habes consortem, suscipe illum tanq; me. Quod si qd læsit te, aut debet, hoc mihi imputato. Ego Paulus scripsi mea manu. Ego dependam. ut ne dicam tibi, quod etiam teipsum mihi insuper debes. Etiam frater. Ego te fruar in dño. Refocilla mea uiscera in domino. Confisus de obediẽtia tua scripsi tibi, sciens, quod etiam ultra q̃ dico, facturus sis. Simul autem etiam para mihi hospitiũ. Spero enim, quod auxilio precum uestrarum donabor uobis. Salutant te Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu, Marcus, Aristarchus, Demas, Lucas, adiutores mei. Gratia domini nostri Iesu Christi sit cum spiritu uestro. Amen.

Ἐγράφη ἀπὸ ῥώμης διὰ ὀνησίμου διακόνου.

Missa fuit è Rhoma per Onesimum seruum.

Digitized by Google

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΕΒΡΑΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

ΤΑΥΤΗΝ ΤΗΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ ἀπὸ Ἰταλίας· ἡ δὲ προφασις τῆς ΠΑΥΛΟΥ ταύτης ἐπιστολῆς ἦν οἱ ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐθέσαντο βάρος νόμῳ καὶ ταῖς σκιαῖς, διὰ τοῦτο ὁ ἀπόστολος παῦλος διδάσκαλος ἐθνῶν γενόμενος, καὶ εἰς τὰ ἔθνη ἀποσταλείς, κηρύττει τὸ εὐαγγέλιον. γράφας τε πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, γράφει λοιπὸν καὶ τοῖς ἐκ περιτομῆς πιστεύσασιν ἐβραίοις ἀποδεκτικὴν τούτων ΠΑΡΟΥΣΙΑΝ, περὶ τοῦ χριστοῦ παρουσίας, καὶ τοῦ πεπαῦσθαι πλὴν σκιᾶν τοῦ νόμου. καὶ πρῶτον μὲν ἀποδείκνυσι τοὺς προφήτας ἀπεστάλθαι, ἵνα περὶ τοῦ σωτῆρος κηρύξωσι, καὶ μετάνοιαν εἰσὶ ἔλθῃ, δόλους πλέναι τοὺς προφήτας, καὶ μιαιφονίας θεοῦ αὐτοῦ παρουσίας. εἶτα δὲ τὸν χριστὸν ὑὸν εἶναι θεοῦ, δι' οὗ τὰ πάντα γέγονε. καὶ ὅτι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ ἔδει ἄνθρωπον γενέσθαι, ἵνα διὰ τοῦ σώματος αὐτοῦ θυσίας καταργήσῃ· οὐ μὲν θάνατον. οὐ γὰρ δι' αἵματος μόσχου, ἢ τράγου, ἀλλὰ δι' αἵματος χριστοῦ ἔσεσθαι πλὴν σωτηρίαν τοῖς ἀνθρώποις. ἀποδείκνυσι δὲ, ὅτι ὁ νόμος οὐδέν τινα ἐτελείωσεν, ἀλλὰ σκιὰν εἶχεν τῶν μελλόντων ἀγαθῶν. καὶ οὐ κατέπαυσεν ὁ λαός, ἀλλὰ κοινὴ πᾶσιν ἡμῖν ὑπολείπεται ἡ ἡμέρα τοῦ καταπαύσεως. πάλιν δὲ ἀποδείκνυσιν, ὅτι ἡ ἱεραρχικὴ λειτουργία μεταπέπτωκε ἀπὸ ἀαρὼν εἰς τὸν χριστόν, οὗ τύπος ἦν ὁ μελχισεδέκ. οὐκοῦν ἐκ τοῦ λαοῦ εἶναι δεῖ τοὺς πατέρας σημαίνει, καὶ οὐκ ἔξ ἑτέρου νόμου. εἶτα πάλιν εἰς τὰ ἔθνη προβεβάμβυος ἦν τις, καὶ ἀποδεξάμενος αὐτῶν τὴν διὰ χριστὸν ὑπομονήν, καὶ πείθει ὑμᾶς μὴ τοὺς πρεσβυτέρους, τοῦ λαοῦ τὴν ΠΑΡΟΥΣΙΑΝ.

IN EPISTOLAM AD HEBRAEOS, ARGVMENTVM PER ERASMVM ROTEROD.

VLla gens obstinatioribus animis repugnabat euangelio Christi, quam Iudæorum qui paulo etiam peculiariter erant infensi, q̃ se gentium apostolum profiteretur, quas Iudæi ut prophanas & impias abominabantur, quodq̃ legem Mosaicam, quam illi sacrosanctam habebant, & euangeliũ uice per uniuersum orbẽ spargi cupiebant, antiquare uideretur. Adeo ut essent inter hos quoq̃ qui Christi doctrinam receperant, qui putarent legis obseruationem cum euangelio miscendã. Hierosolymis igitur qui crediderant, uarijs calamitatibus afficiebantur ab ijs, qui resistebant euangelio, nam penes hos erat publica autoritas. coniiciebant in uincula, cædebantur, diripiebantur illorum bona. Hos itaq̃ consolatur Paulus partim exemplo ueterum sanctorum, quorum pleriq̃ similibus, aut grauioribus calamitatibus exerciti sunt, quo uirtus illorum esset exploratior spectatioq̃, ac præcipue exemplo Christi, partim spe præmij cœlestis. Deinde declarat, coruscante iã euangelio Christi, cessasse umbras legis Mosaicæ, multa repetẽs ex ueteri testamento, & ad Christum accõmodans. Docet non ex obseruatione legis, ad tẽpus datæ & imperfectæ, sperandã esse salutem, sed ex fide, qua ueteres etiam illi probatæ sanctimoniæ uiri, quorum memoria Iudæis erat sacrosancta, deo potissimũ placuissent. In fine tradit præcepta, quædam ad mores Christianos facientia.

FINIS.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΥΛΟΥ ΑΠΟ-
ΣΤΟΛΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ
ΤΟΥΣ ΕΒΡΑΙΟΥΣ.

Ο ΛΥΜΕΡΩΣ ΚΑΙ ΠΟ-
ΛΥΤΡΟΠΩΣ ΠΑΛΑΙ Ο ΘΕ-
ΟΣ ΛΑΛΗΣΑΣ ΤΟΙΣ ΠΑΤΡΑ-
ΣΙΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΠΡΟΦΗΤΑΙΣ,
ΕΠ' ΕΣΧΑΤΟΥ ΤΩΝ ΗΜΕ-
ΡΩΝ ΤΟΥΤΩΝ ΕΛΑΛΗΣΕΝ ΗΜΙΝ ΕΝ ΥΙΩ, ΟΝ ΕΘΗ-
ΚΕ ΚΛΗΡΟΝΟΜΟΝ ΠΑΝΤΩΝ, ΔΙ' ΟΥ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΑΙΩ-
ΝΑΣ ΕΠΟΙΗΣΕΝ. ΟΣ ΩΝ ΑΠΑΥΓΑΣΜΑ ΤΗΣ ΔΟ-
ΞΗΣ, ΚΑΙ ΧΑΡΑΚΤΗΡ ΤΗΣ ΥΠΟΣΤΑΣΕΩΣ ΑΥΤΟΥ,
ΦΕΡΩΝ ΤΕ ΤΑ ΠΑΝΤΑ ΤΩ ΡΗΜΑΤΙ ΤΗΣ ΔΥΝΑΜΕΩΣ
ΑΥΤΟΥ, ΔΙ' ΕΑΥΤΟΥ ΚΑΘΑΡΙΣΜΟΝ ΠΟΙΗΣΑΜΕΝΟΣ ΤΩΝ ΑΜ-
ΑΡΤΙΩΝ ΗΜΩΝ, ΕΚΑΘΙΣΕΝ ΕΝ ΔΕΞΙΑ ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΟΣΥ-
ΝΗΣ, ΕΝ ΥΨΗΛΟΙΣ, ΤΟΣΟΥΤΩ ΚΡΕΙΤΤΩΝ ΓΕΝΟΜΕΝΟΣ ΤΩΝ
ΑΓΓΕΛΩΝ, ΟΣΩ ΔΙΑΦΟΡΩΤΕΡΟΝ ΠΑΡΑ ΚΕΚΛΗΡΟΝΟΜΗΚΕΝ ΟΝΟΜΑ. ΤΙΝΙ ΓΑΡ ΕΙΠΕΝ ΠΟΤΕ
ΤΩΝ ΑΓΓΕΛΩΝ· ΥΙΟΣ ΜΟΥ ΕΙ ΣΥ, ΕΓΩ ΣΗΜΕΡΟΝ ΓΕ-
ΓΕΝΝΗΚΑ ΣΕ; ΚΑΙ ΠΑΛΙΝ· ΕΓΩ ΕΣΟΜΑΙ ΑΥΤΩ
ΕΙΣ ΠΑΤΕΡΑ, ΚΑΙ ΑΥΤΟΣ ΕΣΤΑΙ ΜΟΙ ΕΙΣ ΥΙΟΝ. ΟΤΑΝ
ΔΕ ΠΑΛΙΝ ΕΙΣΑΓΑΓΗ ΤΟΝ ΠΡΩΤΟΤΟΚΟΝ ΕΙΣ ΤΗΝ
ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΝ, ΛΕΓΕΙ· ΚΑΙ ΠΡΟΣΚΥΝΗΣΑΤΩΣΑΝ
ΑΥΤΩ ΠΑΝΤΕΣ ΑΓΓΕΛΟΙ ΘΕΟΥ. ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΜΕΝ
ΤΟΥΣ ΑΓΓΕΛΟΥΣ ΛΕΓΕΙ· Ο ΠΟΙΩΝ ΤΟΥΣ ΑΓΓΕ-
ΛΟΥΣ ΑΥΤΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΑ, ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΛΕΙΤΟΥΡΓΟΥΣ
ΑΥΤΟΥ ΠΥΡΟΣ ΦΛΟΓΑ· ΠΡΟΣ ΔΕ ΤΟΝ ΥΙΟΝ, Ο ΘΡΟ-
ΝΟΣ ΣΟΥ Ο ΘΕΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΙΩΝΑ ΤΟΥ ΑΙΩΝΟΣ, ΡΑ-
ΒΔΟΣ ΕΥΘΥΤΗΤΟΣ, ΡΑΒΔΟΣ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΣΟΥ.
ΗΓΑΠΗΣΑΣ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΝ, ΚΑΙ ΕΜΙΣΗΣΑΣ ΑΝΟ-
ΜΙΑΝ, ΔΙΑ ΤΟΥΤΟ ΕΧΡΙΣΕΝ ΣΕ Ο ΘΕΟΣ, Ο ΘΕΟΣ ΣΟΥ
ΕΛΑΙΟΝ ΑΓΑΛΛΙΑΣΕΩΣ ΠΑΡΑ ΤΟΥΣ ΜΕΤΟΧΟΥΣ
ΣΟΥ. ΚΑΙ ΣΥ ΚΑΤ' ΑΡΧΑΣ ΚΥΡΙΕ ΤΗΝ ΓΗΝ ΕΘΕΜΕ-
ΛΙΩΣΑΣ

BEATI PAVLI APOSTO-
LI EPISTOLA AD
HEBRAEOS.

DEVS olim multi-
phariam, multisq; modis locutus patri-
bus per prophetas, extremis diebus hi-
sce locutus est nobis per filium, quem cõstituit hæredẽ omni-
um, per quem etiam secula condidit. qui cum sit splendor gloriæ, & expressa ima-
go substantiæ illius, modereturq; omia uerbo potẽtiæ suæ, per semetipsum pur-
gatione facta peccatorum nostrorum, cõsedit in dextera maiestatis in excelsis, tanto præstantior factus angelis, quan-
to excellentius præ illis sortitus est no-
men. Nam cui dixit unquam angelo-
rum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Ac rursum: Ego ero ei pater, & ille erit mihi filius. Rursum autem cum inducit primogenitum in orbem terrarum, di-
cit: Et adorent eum omnes angeli dei. Et ad angelos quidem dicit: Qui creat an-
gelos suos spiritus, & ministros suos ignis flammã. Ad filium autem: Thro-
nus tuus deus in seculum seculi, uirga re-
ctitudinis, uirga regni tui. Dilexisti iu-
sticiam, & odisti iniquitatem, propter-
ea unxit te deus, deus tuus, oleo exul-
tationis ultra consortes tuos. Et tu in
initio domine terræ fundamenta iecisti.

&

Digitized by Google

» λίωσται. καὶ ἱμάτιον ἑλίξεις αὐτούς, καὶ ἀλλα-
» γήσονται, σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ
» ἐκλείψουσι. πρός τίνα δὲ τῶν ἀγγέλων εἶρη-
» κέν ποτε, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ
» τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν
» σου; οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύμα-
» τα, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, διὰ τοὺς
» μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν;

Διὰ τοῦτο δεῖ περισσοτέρως ἡμᾶς προσέχειν τοῖς ἀκουσθεῖσι, μήποτε παραῤῥυῶμεν. εἰ γὰρ ὁ δι' ἀγγέλων λαληθεὶς λόγος ἐγένετο βέβαιος, καὶ πᾶσα παράβασις καὶ παρακοὴ ἔλαβεν ἔνδικον μισθαποδοσίαν, πῶς ἡμεῖς ἐκφευξόμεθα, τηλικαύτης ἀμελήσαντες σωτηρίας; ἥτις ἀρχὴν λαβοῦσα λαλεῖσθαι διὰ τοῦ κυρίου, ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων εἰς ἡμᾶς ἐβεβαιώθη, συνεπιμαρτυροῦντος τοῦ θεοῦ σημείοις τε καὶ τέρασι, καὶ ποικίλαις δυνάμεσι, καὶ πνεύματος ἁγίου μερισμοῖς, κατὰ τὸ αὐτοῦ θέλημα. οὐ γὰρ ἀγγέλοις ὑπέταξε τὴν οἰκουμένην τὴν μέλλουσαν, περὶ ἧς λαλοῦμεν. διεμαρτύρατο δέ που τις, λέγων, τί ἐστιν ἄνθρωπος ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ, ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν; ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτὸν, καὶ κατέστησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου. πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ. ἐν γὰρ τῷ ὑποτάξαι αὐτῷ τὰ πάντα, οὐδὲν ἀφῆκεν αὐτῷ ἀνυπότακτον. νῦν δὲ οὔπω ὁρῶμεν αὐτῷ τὰ πάντα ὑποτεταγμένα, τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον, ὅπως χάριτι θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γεύσηται θανάτου. ἔπρεπε γὰρ αὐτῷ, δι' ὃν

& opera manuum tuarum ſunt cœli: ipſi peribunt, tu autem permanes, & omnes ut ueſtimentum ueteraſcent, ac uelut amictū circumuolues eos, & mutabuntur, tu autē idem es, & anni tui non deficient. Ad quē autem angelorum dixit unquam? Sede à dextris meis, donec poſuero inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum. Nónne oēs ſunt adminiſtratorij ſpiritus qui in miniſterium emittuntur propter eos qui hæredes erunt ſalutis?

Propterea oportet nos uehementius attēdere, ijs quæ dicta ſunt nobis, ne quādo perfluamus. Etenim ſi is, qui per angelos dictus fuerat ſermo, fuit firmus, & omnis tranſgreſſio & inobedientia iuſtam præmij repenſationem accepit, quomodo nos effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem? quæ cum primum enarrari cœperit per ipſum dominum, ab ijs qui audierant, in nos confirmata fuit, atteſtante deo & ſignis, & prodigijs ſimul, uarijſq; uirtutibus, & ſpiritus ſancti diſtributionibus, iuxta ipſius uoluntatem. Non enim angelis ſubiecit orbem terræ futurum, de quo loquimur. Teſtatus eſt autem alicubi quidam, dicens: Quid eſt homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quod inuiſis illum? Feciſti eum paululo inferiorem angelis, gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. In hoc enim, quod ei ſubiecit omnia, nihil omiſit illi non ſubiectum. At nondum uidemus illi omnia eſſe ſubiecta. Eū uero qui puſillum quiddā diminutus fuerat infra angelos, cernimus Ieſum, propter cruciatum mortis, gloria & honore coronatum, ut per gratiam dei pro omni guſtaret mortē. Decebat enim eum,

δι' ὃν

δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν ἀγαγόντα, τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν, διὰ παθημάτων τελειῶσαι. ὅτε γὰρ ἁγιάζων καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι ἐξ ἑνὸς πάντες. δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἐπαισχύνεται ἀδελφοὺς αὐτοὺς καλεῖν, λέγων. ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. καὶ πάλιν. ἐγὼ ἔσομαι πεποιθὼς ἐπ' αὐτῷ. καὶ πάλιν. ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία, ἃ μοι ἔδωκεν ὁ θεός. ἐπεὶ οὖν τὰ παιδία κεκοινώνηκε σαρκὸς καὶ αἵματος, καὶ αὐτὸς παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν, ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τοῦτέστι τὸν διάβολον, καὶ ἀπαλλάξῃ τούτους ὅσοι φόβῳ θανάτου διὰ παντὸς τῆς ζωῆς ἔνοχοι ἦσαν δουλείας. οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται. ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι, ἵνα ἐλεήμων γένηται καὶ πιστὸς ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς τὸν θεόν, εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ. ἐν ᾧ γὰρ πέπονθεν αὐτὸς πειρασθείς, δύναται τοῖς πειραζομένοις βοηθῆσαι.

Ὅθεν ἀδελφοὶ ἅγιοι, κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι, κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Χριστὸν Ἰησοῦν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν, ὡς καὶ Μωϋσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. πλείονος γὰρ δόξης οὗτος παρὰ Μωϋσῆν ἠξίωται, καθ' ὅσον πλείονα τιμὴν ἔχει τοῦ οἴκου ὁ κατασκευάσας αὐτόν. πᾶς γὰρ οἶκος κατασκευάζεται ὑπό τινος. ὁ δὲ τὰ πάντα κατασκευάσας, θεός. καὶ Μωϋσῆς μὲν πιστὸς ἦν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ὡς θεράπων, εἰς μαρτύριον τῶν λαληθησομένων. Χριστὸς δὲ ὡς υἱὸς ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, οὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς, ἐὰν τὴν παῤῥησίαν, καὶ τὸ καύχημα τῆς ἐλπίδος

propter quem sunt omnia, & per quē sunt omnia, ut multis filijs in gloriā adductis, principē salutis illorum per afflictiones perfectum redderet. Quandoquidem & qui sanctificat, & qui sanctificant, ex uno sunt omnes. Quam ob causam non erubescit fratres illos uocare, dicēs: Annunciabo nomen tuū fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te. Et rursum: Ego ero fidens in illo. Et iterum: Ecce ego & pueri, quos mihi dedit deus. Posteaq; igitur pueri commercium habēt cum carne & sanguine, & ipse similiter particeps factus est eorundem, ut per mortem aboleret eum, qui mortis habebat imperiū, hoc est, diabolum, & liberos redderet eos, quicūq; metu mortis per omnem uitā obnoxij erant seruituti. Non enim uidelicet angelos assumit, sed semen Abrahæ assumit. Vnde debuit per omnia fratrib⁹ similis reddi, ut misericors esset & fidelis pontifex, in his quæ apud deum forent agenda, ad expiandum peccata populi. Nam ex hoc quod ipsi cōtigit tentatum esse, potest & ijs qui tentantur succurrere.

Vnde fratres sancti, uocationis cœlestis participes, considerate apostolū & pōtificem confessionis nostræ Christum Iesum, quod fidelis sit ei qui ipsum constituit, quemadmodum & Moyses in tota domo ipsius. Tanto namq; maiore gloria, q̄ Moses, hic dignus est habitus, quanto maiorem habet honorem is qui construxit domū, quam ipsa domus. Omnis em̄ domus construitur ab aliquo. Porrò qui condidit omnia, deus est. Et Moyses quidem fidelis fuit in tota domo illius, ueluti minister, in testimonium eorum, quæ post dicenda erant. At Christus tanquam filius administrauit domum ipsius, cuius dom⁹ sumus nos, si fiduciam, & gloriationem spei,

III

πωίδος, μέχρι τέλους βεβαίαν καταχῶμεν. διὸ καθὼς λέγει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ, κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν, ἐδοκίμασάν με, καὶ εἶδον τὰ ἔργα μου τεσσαράκοντα ἔτη. διὸ προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ, καὶ εἶπον, ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ, αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου, ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου. βλέπετε ἀδελφοί, μή ποτε ἔσται ἐν τινι ὑμῶν καρδία πονηρὰ ἀπιστίας, ἐν τῷ ἀποστῆναι ἀπὸ θεοῦ ζῶντος, ἀλλὰ παρακαλεῖτε ἑαυτοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται, ἵνα μὴ σκληρυνθῇ τις ἐξ ὑμῶν ἀπάτῃ τῆς ἁμαρτίας. μέτοχοι γὰρ γεγόναμεν τοῦ χριστοῦ, ἐάν περ τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως, μέχρι τέλους βεβαίαν κατάσχωμεν, ἐν τῷ λέγεσθαι, σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ. τινὲς γὰρ ἀκούσαντες παρεπίκραναν, ἀλλ' οὐ πάντες οἱ ἐξελθόντες ἐξ Αἰγύπτου διὰ Μωσέως. τίσι δὲ προσώχθισε τεσσαράκοντα ἔτη; οὐχὶ τοῖς ἁμαρτήσασιν, ὧν τὰ κῶλα ἔπεσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ; τίσι δὲ ὤμοσε, μὴ εἰσελεύσεσθαι εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, εἰ μὴ τοῖς ἀπειθήσασι; καὶ βλέπομεν, ὅτι οὐκ ἠδυνήθησαν εἰσελθεῖν δι' ἀπιστίαν.

φοβηθῶμεν οὖν, μή ποτε καταλειπομένης ἐπαγγελίας εἰσελθεῖν εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, δοκῇ τις ἐξ ὑμῶν ὑστερηκέναι. καὶ γάρ ἐσμεν εὐηγγελισμένοι, καθάπερ κἀκεῖνοι. ἀλλ' οὐκ ὠφέλησεν ὁ λόγος ἀκοῆς ἐκείνους, μὴ συγκεκραμένους τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασιν. εἰσερχόμεθα γὰρ εἰς τὴν κατάπαυσιν οἱ πιστεύσαντες, καθὼς εἴρηκεν, ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύ-

spei, ad finem usque firmam tenuerimus. Quapropter sicut dicit spiritus ille sanctus: Hodie si uocem eius audieritis, ne obduretis corda uestra, sicut in exacerbatione, in die tentationis in deserto, ubi tentauerunt me patres uestri, probauerunt me, & uiderunt opera mea quadraginta annis. Quapropter infensus eram generationi illi, & dicebam: Semper errant corde. ipsi uero non cognouerunt uias meas, sicut iurauí in ira mea, si ingressuri sunt in requiem meam. Videte fratres, ne quando sit in ullo uestrum cor prauum, obnoxium incredulitati, ut desciscat à deo uiuente, sed exhortemini uos inuicem quotidie, quoad appellatur dies hodiernus, ne quis ex uobis induretur seductione peccati. Christi participes facti sumus, si sanè initium substantiæ, usque ad finem firmum tenuerimus. In hoc quod dicitur: hodie si uocem eius audieritis, ne obduretis corda uestra, sicut in exacerbatione. Nam quidam cum audissent, exacerbauerunt: at non omnes qui profecti fuerant ex Aegypto per Mosen. Quibus autem infensus fuit quadraginta annis? Nónne ijs, qui peccauerant? quorum membra conciderunt in deserto? Quibus autem iurauit, non ingressuros in requiem suam, nisi ijs, qui non obedierant? Et uidemus, quod non potuerint ingredi propter incredulitatem.

Metuamus igitur, ne IIII
quando derelicta promissione introëundi in requiem eius, uideatur aliquis ex uobis fuisse frustratus. Etenim nobis annunciatum est, quemadmodum & illis. At non profuit illis audisse sermonem, quod is non esset cum fide coniunctus, ijs qui audierant. Introimus enim in requiem, nos qui credidimus, quemadmodum dixit: Sicut iurauí in ira mea,

εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου, καί τοι τῶν ἔργων ἀπὸ καταβολῆς κόσμου γενηθέντων. εἴρηκε γάρ που περὶ τῆς ἑβδόμης οὕτως. καὶ κατέπαυσεν ὁ θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ. καὶ ἐν τούτῳ πάλιν. εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου. ἐπεὶ οὖν ἀπολείπεταί τινας εἰσελθεῖν εἰς αὐτὴν, καὶ οἱ πρότερον εὐαγγελισθέντες, οὐκ εἰσῆλθον δι' ἀπείθειαν, πάλιν τινὰ ὁρίζει ἡμέραν σήμερον ἐν Δαβὶδ λέγων, μετὰ τοσοῦτον χρόνον καθὼς εἴρηται. σήμερον ἐὰν φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν. εἰ γὰρ αὐτοὺς Ἰησοῦς κατέπαυσεν, οὐκ ἂν περὶ ἄλλης ἐλάλει μετὰ ταῦτα ἡμέρας. ἄρα ἀπολείπεται σαββατισμὸς τῷ λαῷ τοῦ θεοῦ. ὁ γὰρ εἰσελθὼν εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς κατέπαυσεν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὥσπερ ἀπὸ τῶν ἰδίων ὁ θεός. σπουδάσωμεν οὖν εἰσελθεῖν εἰς ἐκείνην τὴν κατάπαυσιν, ἵνα μὴ ἐν τῷ αὐτῷ τις ὑποδείγματι πέσῃ τῆς ἀπειθείας. ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ, καὶ ἐνεργὴς καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, καὶ διϊκνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς τε καὶ πνεύματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, καὶ κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας, καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ. πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος. ἔχοντες οὖν ἀρχιερέα μέγαν διεληλυθότα τοὺς οὐρανοὺς Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, κρατῶμεν τῆς ὁμολογίας. οὐ γὰρ ἔχομεν ἀρχιερέα μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, πεπειρασμένον δὲ κατὰ πάντα, καθ' ὁμοιότητα χωρὶς ἁμαρτίας. προσερχώμεθα οὖν μετὰ παῤῥησίας τῷ θρόνῳ τῆς χάριτος, ἵνα λάβωμεν ἔλεον, καὶ χάριν εὕρωμεν εἰς εὔκαιρον βοήθειαν.

πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται τὰ πρὸς

si ingressuri sint in requiem meã, licet operibus à iactis fundamentis mundi pfectis. Dixit enim quodam in loco de septimo die sic: Et requieuit deus die septimo ab omnibus operibus suis. Et in hoc rursum: Si introibunt in requiem meam. Postea quam igitur illud reliquum est, aliquos introire in eam, & quibus prius annunciatũ fuit, non introierunt propter incredulitatẽ, rursum quendam præfinit diem, hodie, in Dauid dicens, post tantum temporis, quẽ admodum dictum est: Hodie si uocẽ eius audieritis, ne obduretis corda uestra. Nã si eis Iesus requiem præstitisset, nequaquã de alio post hac die locutus fuisset. Itaque relinquitur sabbatismus populo dei. Nam qui ingressus est in requiem illius, & ipse requieuit ab operibus suis, quemadmodũ à suis deus. Studeamus igitur ingredi in illam requiem, ne quis eodem concidat incredulitatis exemplo. Viuus est enim sermo dei, & efficax, & penetrantior quouis gladio utrinque incidente, ac pertingens usque ad diuisionem animæ simul ac spiritus, compagumque & medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis, nec est ulla creatura, quæ non manifesta sit in cõspectu illius. Sed omnia nuda, & resupinata oculis eius, ad quẽ nobis est sermo. Habentes igitur põtificem magnũ qui penetrauit cœlos, Iesum filium dei, teneamus professionem. Non enim habemus pontificem, qui non possit affici sensu infirmitatum nostrarum, sed tentatum per omnia, iuxta similitudinem absque peccato. Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiæ, ut consequamur misericordiam, & gratiam inueniamus ad opportunum auxilium.

Nam omnis põtifex qui ex hominibus assumit, p hominib⁹ cõstituit, in his quæ apud

πρὸς τὸν θεόν, ἵνα προσφέρῃ δῶρά τε καὶ θυσίας ὑπὲρ ἁμαρτιῶν, μετριοπαθεῖν δυνάμενος τοῖς ἀγνοοῦσι καὶ πλανωμένοις, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς περίκειται ἀσθένειαν. καὶ διὰ ταύτην ὀφείλει, καθὼς περὶ τοῦ λαοῦ, οὕτως καὶ περὶ ἑαυτοῦ προσφέρειν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν. Καὶ οὐχ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμήν, ἀλλὰ ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καθάπερ καὶ Ἀαρών. Οὕτως καὶ ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασε γενηθῆναι ἀρχιερέα, ἀλλ' ὁ λαλήσας πρὸς αὐτόν· Υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. καθὼς καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει· σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. ὃς ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, δεήσεις τε καὶ ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσενέγκας, καὶ εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, καίπερ ὢν υἱός, ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθε τὴν ὑπακοήν, καὶ τελειωθεὶς ἐγένετο τοῖς ὑπακούουσιν αὐτῷ πᾶσιν, αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου, προσαγορευθεὶς ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἀρχιερεὺς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. περὶ οὗ πολὺς ἡμῖν ὁ λόγος καὶ δυσερμήνευτος λέγειν, ἐπεὶ νωθροὶ γεγόνατε ταῖς ἀκοαῖς. καὶ γὰρ ὀφείλοντες εἶναι διδάσκαλοι διὰ τὸν χρόνον, πάλιν χρείαν ἔχετε τοῦ διδάσκειν ὑμᾶς τίνα τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ θεοῦ, καὶ γεγόνατε χρείαν ἔχοντες γάλακτος καὶ οὐ στερεᾶς τροφῆς. πᾶς γὰρ ὁ μετέχων γάλακτος ἄπειρος λόγου δικαιοσύνης, νήπιος γάρ ἐστι. τελείων δέ ἐστιν ἡ στερεὰ τροφή, τῶν διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα ἐχόντων πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ. Διὸ ἀφέντες τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγον, ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα, μὴ πάλιν θεμέλιον καταβαλλόμενοι μετανοίας ἀπὸ νεκρῶν ἔργων, καὶ πίστεως ἐπὶ θεόν, βαπτισμῶν, διδαχῆς, ἐπιθέσεώς τε χειρῶν, ἀναστάσεώς τε νεκρῶν, καὶ κρίματος

apud deum aguntur, ut offerat donaria & uictimas, p peccatis, qui placabilis esse possit ignorantibus & errantibus, quandoquidem & ipse circundatus est infirmitate. Et propter hanc debet, quemadmodum pro populo, ita & pro seipso immolare pro peccatis. Nemo sibi ipsi usurpat honorem, sed qui uocatur etiam à deo, quemadmodum & Aaron. Ita & Christus non semetipsum glorificauit, ut fieret pontifex, sed is qui dixerat illi: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Sicut & alibi dicit: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinē Melchisedec. Qui in diebus carnis suæ, cum & precationes & supplicationes apud illum, qui poterat ipsum à morte seruare, cum damore ualido & lachrymis obtulisset, & exauditus esset pro reuerentia, tametsi filius erat, tamen didicit ex his quæ passus est, obediētiam, ac perfectus redditus, omnibus qui sibi obedierunt, fuit causa salutis æternæ. cognominatus à deo pontifex secundū ordinationē Melchisedec. de quo nobis multa forent dicenda, eaq; difficilia explicatu, quandoquidem segnes facti estis auribus. Etenim cum debeatis pro temporis ratione doctores esse, rursum opus habetis, ut doceamus uos quæ sint elementa initij eloquiorum dei: factiq; estis ij, quibus lacte sit opus, & non solido cibo. Nam quisquis lactis est particeps, is rudis est sermonis iusticiæ, infans enim est. Porrò perfectorum est solidus cibus, nempe horum, qui propter assuetudinem, sensus habent exercitatos ad discretionem boni pariter ac mali.

Quapropter omisso, qui in Christo VI
rudes inchoat, sermone, ad perfectionem feramur, nō rursum fundamentū iacientes pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei in deū, baptismatū, doctrinæ, ac manuum impositionis, & resurrectiōis mortuorū, & iudicij

κρίματος αἰωνίου, καὶ τοῦτο ποιήσομεν, ἐάν περ ἐπιτρέπῃ ὁ θεός. ἀδύνατον γὰρ τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας, γευσαμένους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου, καὶ μετόχους γενηθέντας πνεύματος ἁγίου, καὶ καλὸν γευσαμένους θεοῦ ῥῆμα, δυνάμεις τε μέλλοντος αἰῶνος, καὶ παραπεσόντας, πάλιν ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν, ἀνασταυροῦντας ἑαυτοῖς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ παραδειγματίζοντας. γῆ γὰρ ἡ πιοῦσα τὸν ἐπ' αὐτῆς πολλάκις ἐρχόμενον ὑετὸν, καὶ τίκτουσα βοτάνην εὔθετον ἐκείνοις, δι' οὓς καὶ γεωργεῖται, μεταλαμβάνει εὐλογίας ἀπὸ τοῦ θεοῦ· ἐκφέρουσα δὲ ἀκάνθας, καὶ τριβόλους, ἀδόκιμος, καὶ κατάρας ἐγγύς, ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν, πεπείσμεθα δὲ περὶ ὑμῶν ἀγαπητοί, τὰ κρείσσονα, καὶ ἐχόμενα σωτηρίας, εἰ καὶ οὕτως λαλοῦμεν. οὐ γὰρ ἄδικος ὁ θεὸς ἐπιλαθέσθαι τοῦ ἔργου ὑμῶν, καὶ τῆς κόπου ἧς ἐνεδείξασθε εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, διακονήσαντες τοῖς ἁγίοις, καὶ διακονοῦντες. ἐπιθυμοῦμεν δὲ ἕκαστον ὑμῶν τὴν αὐτὴν ἐνδείκνυσθαι σπουδὴν πρὸς τὴν πληροφορίαν τῆς ἐλπίδος ἄχρι τέλους, ἵνα μὴ νωθροὶ γένησθε, μιμηταὶ δὲ τῶν διὰ πίστεως καὶ μακροθυμίας κληρονομούντων τὰς ἐπαγγελίας. τῷ γὰρ Ἀβραὰμ ἐπαγγειλάμενος ὁ θεὸς, ἐπεὶ κατὰ οὐδενὸς εἶχε μείζονος ὀμόσαι, ὤμοσε καθ' ἑαυτοῦ, λέγων, εἰ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε, καὶ πληθύνων πληθυνῶ σε. καὶ οὕτως μακροθυμήσας, ἐπέτυχε τῆς ἐπαγγελίας. ἄνθρωποι μὲν γὰρ κατὰ τοῦ μείζονος ὀμνύουσι, καὶ πάσης αὐτοῖς ἀντιλογίας πέρας, εἰς βεβαίωσιν ὁ ὅρκος. ἐν ᾧ περισσότερον βουλόμενος ὁ θεὸς ἐπιδείξασθαι τοῖς κληρονόμοις τῆς ἐπαγγελίας τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς αὐτοῦ, ἐμεσίτευσεν ὅρκῳ, ἵνα διὰ δύο πραγμάτων ἀμεταθέτων, ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθαι θεὸν, ἰσχυρὰν

παράκλησιν

iudicij æterni. Atq; id faciemus, si quidem permiserit deus. Nam fieri non potest, ut qui semel fuerint illuminati, gustauerintq; donum cœleste, & participes facti fuerint spiritus sancti, gustauerintq; bonum dei uerbum, ac uirtutes futuri seculi, si prolabãtur, denuo renouentur per pœnitentiam, ab integro crucifigẽtes sibimetipsis filium dei, & ludibrio exponentes. Siquidem terra, quæ imbrem sæpius in se uenientem combiberit, & progenuerit herbam accommodam eis, opera quorum & colitur, recipit benedictionem à deo. At quæ produxerit spinas & tribulos, reproba est, & maledictioni confinis, cuius exitus huc tendit, ut exuratur. Cæterum persuasimus nobis de uobis dilecti, quæ his sint meliora, & cum salute coniuncta, tametsi sic loquamur. Non enim iniustus est deus, ut obliuiscatur operis uestri, & laboris ex charitate suscepti, quam exhibuistis erga nomen illius, qui ministrastis sanctis, & ministratis. Cupimus autem, ut unusquisq; uestrum idem præstet studium ad plenã spei certitudinem, usq; ad perfectionẽ, ne sitis imbecilles, sed imitatores eorum, qui per fidem ac patientiam hæreditatem accipiunt promissionis. Deus enim pollicitus Abrahæ, cum non posset per quenq; maiorem iurare, iurauit per seipsum, dicens: ni si benedicens benedixero tibi, & multiplicans multiplicauero te. Atq; ita cum patiẽter expectasset, consecutus est promissum. Nam homines quidem per eum iurant, qui sit maior, atque ijsdem omnis controuersiæ finis est, si accedat iurisiurandi confirmatio. Qua in re deus cum eximie uellet hæredibus promissionis ostendere firmitatẽ consilij sui, interposuit iusiurãdum, uti per duas res immutabiles, in quibus fieri nõ posset, ut mentiretur deus, ualidam

cõsolationẽ

παράκλησιν ἔχωμεν οἱ καταφυγόντες κρατῆσαι τῆς προκειμένης ἐλπίδος, ἣν ὡς ἄγκυραν ἔχομεν τῆς ψυχῆς, ἀσφαλῆ τε, καὶ βεβαίαν, καὶ εἰσερχομένην εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος, ὅπου πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθεν Ἰησοῦς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ, ἀρχιερεὺς γενόμενος εἰς τὸν αἰῶνα.

ΟΥΤΟΣ γὰρ ὁ Μελχισεδὲκ βασιλεὺς Σαλήμ, ἱερεὺς τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου, ὁ συναντήσας Ἀβραὰμ, ὑποστρέφοντι ἀπὸ τῆς κοπῆς τῶν βασιλέων, καὶ εὐλογήσας αὐτόν, ᾧ καὶ δεκάτην ἀπὸ πάντων ἐμέρισεν Ἀβραάμ, πρῶτον μὲν ἑρμηνευόμενος βασιλεὺς δικαιοσύνης, ἔπειτα δὲ καὶ βασιλεὺς Σαλήμ, ὅ ἐστι, βασιλεὺς εἰρήνης, ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχων, ἀφωμοιωμένος δὲ τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ, μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές. Θεωρεῖτε, δὲ πηλίκος οὗτος, ᾧ καὶ δεκάτην Ἀβραὰμ ἔδωκεν ἐκ τῶν ἀκροθινίων ὁ πατριάρχης; καὶ οἱ μὲν ἐκ τῶν υἱῶν Λευὶ τὴν ἱερατείαν λαμβάνοντες, ἐντολὴν ἔχουσι ἀποδεκατοῦν τὸν λαὸν κατὰ τὸν νόμον, τουτέστι, τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν, καίπερ ἐξεληλυθότας ἐκ τῆς ὀσφύος Ἀβραάμ. ὁ δὲ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν, δεδεκάτωκε τὸν Ἀβραάμ, καὶ τὸν ἔχοντα τὰς ἐπαγγελίας εὐλόγηκεν. χωρὶς δὲ πάσης ἀντιλογίας, τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται. καὶ ὧδε μὲν δεκάτας ἀποθνήσκοντες ἄνθρωποι λαμβάνουσιν, ἐκεῖ δὲ μαρτυρούμενος, ὅτι ζῇ, καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν, διὰ Ἀβραὰμ καὶ Λευὶ, ὁ δεκάτας λαμβάνων δεδεκάτωται. ἔτι γὰρ ἐν τῇ ὀσφύι τοῦ πατρὸς ἦν, ὅτε συνήντησεν αὐτῷ ὁ Μελχισεδέκ. εἰ μὲν οὖν τελείωσις διὰ τῆς Λευϊτικῆς ἱερωσύνης ἦν, ὁ λαὸς γὰρ ἐπ' αὐτῇ νενομοθέτητο, τίς ἔτι χρεία, κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ἕτερον ἀνίστασθαι ἱερέα, καὶ οὐ κατὰ τὴν τάξιν

consolationem haberemus, qui huc confugimus, ut potiamur proposita spe, quam uelut ancoram tenemus animæ, tum tutã, tum firmã, & introeuntem usq; ad ea, quæ sunt intra uelum, ubi præcursor pro nobis ingressus est Iesus iuxta ordinem Melchisedec, pontifex factus in æternum.

Nam hic erat Melchisedec, rex Salem, VII
põtifex dei altissimi, qui occurrit Abrahæ, reuertenti à cæde regũ, & benedixit illi, cui & decimas ex omnibus imptitus est Abraham, qui primum quidem ex interpretatione dicitur rex iusticiæ, deinde uero etiam rex Salẽ, quod est rex pacis, ignoti patris, ignotæ matris, ignoti generis, nec initium dierum, neq; uitæ finem habens, sed assimilatus filio dei, manet sacerdos in ppetuum. Considerate uero, quantus hic fuerit, cui etiam decimas dederit Abrahã patriarcha de spolijs? Atque ij quidem, qui quod sint de numero filiorum Leui, sacerdotij functionem sumunt, præceptum habent, ut decimas accipiant à populo iuxta legem, hoc est, à fratribus suis, licet egressis ex lumbis Abrahæ. At is cuius genus non recensetur ex illis, decimas accepit ab Abraham, & habenti promissiones benedixit. Porrò nemo negat, quin id quod minus est, ab eo quod maius est, benedictionem accipiat. Atq; hic quidẽ homines, qui moriuntur, decimas accipiunt. Illic autem is de quo testatum est, quod uiuat: & ut ita loquar, in Abraham decimatus est etiã ipse Leui, qui decimas solet accipere. Nã is adhuc in lumbis patris erat, cum occurreret Abrahæ Melchisedec. Proinde si consummatio p Leuiticũ sacerdotiũ erat, siquidẽ per hoc populus legẽ acceperat, quid præterea fuit opus, aliũ exoriri sacerdotẽ, q secundũ ordinẽ Melchisedec, & nõ secundũ ordinẽ

τὴν τάξιν ἀαρὼν λέγειθαι; μεταλθεμένης γὰρ φησὶ τῆς ἱερωσύνης, ἐξ ἀνάγκης καὶ νόμου μετάθεσις γίνεται. ἐφ' ὃν γὰρ λέγεται ταῦτα, φυλῆς ἑτέρας μετέχουσιν, ἀφ' ἧς οὐδεὶς προσέσχηκε τῷ θυσιαστηρίῳ. πρόδηλον γάρ, ὅτι ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ κύριος ἡμῶν, εἰς ἣν φυλὴν οὐδὲν περὶ ἱερωσύνης Μωϋσῆς ἐλάλησε. καὶ περισσότερόν ἐστι κατάδηλον ὄν, εἰ κατὰ τὴν ὁμοιότητα Μελχισεδὲκ ἀνίσταται ἱερεὺς ἕτερος, ὃς οὐ κατὰ νόμον ἐντολῆς σαρκικῆς γέγονεν, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύτου. μαρτυρεῖ γάρ, ὅτι σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. ἀθέτησις μὲν γὰρ γίνεται προαγούσης ἐντολῆς διὰ τὸ αὐτῆς ἀδύνατον καὶ ἀνωφελές. οὐδὲν γὰρ ἐτελείωσεν ὁ νόμος, ἐπεισαγωγὴ δὲ κρείττονος ἐλπίδος, δι' ἧς ἐγγίζομεν τῷ θεῷ, καθ' ὅσον οὐ χωρὶς ὁρκωμοσίας. οἱ μὲν γὰρ χωρὶς ὁρκωμοσίας εἰσὶν ἱερεῖς γεγονότες, ὁ δὲ μετὰ ὁρκωμοσίας διὰ τοῦ λέγοντος πρὸς αὐτόν. ὤμοσε κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται. σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. κατὰ τοσοῦτον κρείττονος διαθήκης γέγονεν ἔγγυος Ἰησοῦς, καὶ οἱ μὲν πλείονές εἰσι γεγονότες ἱερεῖς, διὰ τὸ θανάτῳ κωλύεσθαι παραμένειν, ὁ δὲ διὰ τὸ μένειν αὐτὸν εἰς τὸν αἰῶνα, ἀπαράβατον ἔχει τὴν ἱερωσύνην, ὅθεν καὶ σώζειν εἰς τὸ παντελὲς δύναται, τοὺς προσερχομένους δι' αὐτοῦ τῷ θεῷ, πάντοτε ζῶν εἰς τὸ ἐντυγχάνειν ὑπὲρ αὐτῶν. τοιοῦτος γὰρ ἔπρεπεν ἀρχιερεύς, ὅσιος, ἄκακος, ἀμίαντος, κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν γενόμενος, ὃς οὐκ ἔχει καθ' ἡμέραν ἀνάγκην, ὥσπερ οἱ ἀρχιερεῖς, πρότερον ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν θυσίας ἀναφέρειν, ἔπειτα τῶν τοῦ λαοῦ. τοῦτο γὰρ ἐποίησεν ἐφάπαξ, ἑαυτὸν ἀνενέγκας. ὁ νόμος γὰρ ἀνθρώπους καθίστησιν ἀρχιερεῖς, ἔχοντας ἀδυνασίαν

ordinẽ Aaron diceret? Quãdoquidẽ trãslato ſacerdotio, neceſſe eſt, ut legis quoque tranſlatio fiat. Nã is de quo dicũt hæc, ad aliã tribũ ptinet, de qua nullus altari aſſtitit. Palàm eſt em̃, q̃ è tribu Iuda exort⁹ ſit dñs noſter. At nihil locutus eſt de ſacerdotio Moſes, quod ad hanc tribũ pertineat. Idq̃ magis etiã liquet, ſi quidẽ ad ſimilitudinẽ Melchiſedec exoritur ſacerdos alius, qui nõ iuxta legẽ mandati carnalis factus ſit, ſed iuxta potentiã uitæ indiſſolubilis. Teſtificat enim ad hunc modũ: Tu ſacerdos in æternũ ſecundũ ordinem Melchiſedec. Abrogat enim quod præceſſit præceptũ propter imbecillitatẽ, & inutilitatem. Nam nihil ad perfectionẽ adduxit lex: ueruũ erat introductio ad ſpem potiorẽ, per quã appropinquamus deo, atq̃ hoc potiorem, q̃ nõ abſq̃ iureiurando res acta ſit. Nam illi quidem citra iuſiurandum ſacerdotes facti ſunt: hi uero cum iureiurando, per eum qui dixit ad illum: Iurauit dominus & nõ pœnitebit eũ, tu ſacerdos in æternũ ſecũdũ ordinationẽ Melchiſedec. Tãto potioris teſtameti ſpõſor factus eſt Ieſus, & illi quidẽ plures facti fuerũt ſacerdotes, propterea, quod per mortem non ſinerentur permanere. at hic quod idem maneat in æternum, perpetuum habet ſacerdotiũ, unde & ſaluos facere ad plenum poteſt, qui per ipſum adeunt deum, ſemp uiuẽs, ad hoc ut interpellet pro illis. Talis em̃ decebat ut eſſet nobis põtifex pius, innocẽs, impollutus, ſegregatus à peccatorib⁹, & ſublimior cœlis factus, cui nõ ſit quotidie neceſſe, quẽadmodũ illis pontificibus, prius pro propriis peccatis uictimas offerre, deinde pro peccatis populi. Nam id fecit ſemel, cum ſemetipſum obtulit. Siquidem lex homines conſtituit pontifices, habẽtes

infirmitatẽ

ἀθένειαν· ὁ λόγος δὲ τῆς ὁρκωμοσίας τῆς μετὰ τὸν νόμον, υἱὸν εἰς τὸν αἰῶνα τετελειωμένον. κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, τοιοῦτον ἔχομεν ἀρχιερέα, ὃς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τῶν ἁγίων λειτουργὸς, καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς, ἣν ἔπηξεν ὁ κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος. πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς εἰς τὸ προσφέρειν δῶρα καὶ θυσίας καθίσταται, ὅθεν ἀναγκαῖον ἔχειν τι καὶ τοῦτον, ὃ προσενέγκῃ. εἰ μὲν γὰρ ἦν ἐπὶ γῆς, οὐδ' ἂν ἦν ἱερεύς, ὄντων τῶν ἱερέων τῶν προσφερόντων κατὰ τὸν νόμον τὰ δῶρα. οἵτινες ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ λατρεύουσι τῶν ἐπουρανίων, καθὼς κεχρημάτισται Μωϋσῆς, μέλλων ἐπιτελεῖν τὴν σκηνήν. ὅρα γάρ φησι, ποιήσεις πάντα κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει. νυνὶ δὲ διαφορωτέρας τέτυχε λειτουργίας, ὅσῳ καὶ κρείττονός ἐστι διαθήκης μεσίτης, ἥτις ἐπὶ κρείττοσιν ἐπαγγελίαις νενομοθέτηται. εἰ γὰρ ἡ πρώτη ἐκείνη ἦν ἄμεμπτος, οὐκ ἂν δευτέρας ἐζητεῖτο τόπος. μεμφόμενος γὰρ αὐτοῖς λέγει. ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει κύριος, καὶ συντελέσω ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰούδα, διαθήκην καινήν, οὐ κατὰ τὴν διαθήκην ἣν ἐποίησα τοῖς πατράσιν αὐτῶν ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαβομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν, ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ὅτι αὐτοὶ οὐκ ἐνέμειναν ἐν τῇ διαθήκῃ μου, κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν, λέγει κύριος. ὅτι αὕτη ἡ διαθήκη, ἣν διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ μετὰ τὰς ἡμέρας ἐκείνας, λέγει κύριος, διδοὺς νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ καρδίας αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς, καὶ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς θεὸν, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι εἰς λαόν. καὶ οὐ μὴ διδάξωσιν ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, λέγων, γνῶθι τὸν κύριον, ὅτι πάντες εἰδήσουσί με ἀπὸ μικροῦ αὐτῶν ἕως μεγάλου αὐτῶν, ὅτι ἵλεως ἔσομαι ταῖς

infirmitatē. Porrò ſermo iuriſiurandi, qui ſupra legem fuit, filium cōſtituit in æternū cōſummatū. Cæterū eorū quæ dicimus illud eſt caput, q̄ talē habemus pontificē, qui conſedit ad dextram throni maieſtatis in cœlis, ſanctorū adminiſtrator, ac ueri tabernaculi, quod fixit deus, & non homo. Omnis enim pontifex ad offerēdum donaria & uictimas cōſtituit, unde neceſſe eſt, ut hic etiā habeat aliquid, quod offerat. Nam ſi eſſet in terra, ne ſacerdos quidē eſſet, ubi ſunt ſacerdotes qui offerūt iuxta legē donaria, quæ quidē exemplari & umbræ deſeruiunt cœleſtiū. quēadmodū oraculo reſponſum eſt Moſi, cū eſſet abſoluturus tabernaculū: nā uide, inquit, ut facias omnia ſecundū exemplar, quod oſtēſum eſt tibi in monte, nunc uero hoc excellentius ſortitus eſt ſacerdotiū, quo præſtātioris eſt teſtamēti interceſſor, quod in p̄ſtantioribus p̄miſſis ſancitū eſt. Etenim ſi prius illud tale fuiſſet, ut nihil in eo poſſet reprehēdi, haudquaq̄ fuiſſet ſecūdo quæſitus locus. Nā incuſans eos loquit illis: Ecce dies uenient, dicit dñs, & cōſummabo ſuper domū Iſraēl, & ſuper domū Iuda, teſtamentū nouum, non iuxta teſtamētum quod feci patribus illorū in die cum apprehenderem manū illorū, ut educerē eos ex Aegypto, quoniā ipſi nō p̄ſtiterūt in teſtamēto meo, & ego neglectui eos habui, dicit dñs. Nā hoc eſt teſtamentū, quod diſponā domui Iſraēl poſt dies illos, dicit dominus, dans leges meas in mentē illorū, & in corde illorū inſcribā illas, & ero illis deꝰ, & ipſi erunt mihi populus. Et nō docebūt quiſque proximum ſuum, & unuſquiſque fratrē ſuū, dicentes: Cognoſce dominum, quod omnes cogniturī ſint me, ab eo qui puſillus fuerit inter eos, uſq̄ ad eū qui magnus eſt inter illos, quoniam placatus ero

VIII

ταῖς ἀδικίαις αὐτῶν καὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν, καὶ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν οὐ μὴ μνησθῶ ἔτι. ἐν τῷ λέγειν καινὴν, πεπαλαίωκε τὴν πρώτην. τὸ δὲ παλαιούμενον καὶ γηράσκον, ἐγγὺς ἀφανισμοῦ.

Εἶχε μὲν οὖν ὁ καὶ τὴν πρώτην δικαιώματα λατρείας, τό, τε ἅγιον κοσμικόν. σκηνὴ γὰρ κατεσκευάσθη ἡ πρώτη, ἐν ᾗ ἥ τε λυχνία, καὶ ἡ τράπεζα, καὶ ἡ πρόθεσις τῶν ἄρτων, ἥτις λέγεται ἁγία. μετὰ δὲ τὸ δεύτερον καταπέτασμα σκηνὴ, ἡ λεγομένη ἁγία ἁγίων, χρυσοῦν ἔχουσα θυμιατήριον, καὶ τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης, περικεκαλυμμένην πάντοθεν χρυσίῳ, ἐν ᾗ στάμνος χρυσῆ ἔχουσα τὸ μάννα, καὶ ἡ ῥάβδος ἡ βλαστήσασα, καὶ αἱ πλάκες τῆς διαθήκης. ὑπεράνω δὲ αὐτῆς χερουβὶμ δόξης, κατασκιάζοντα τὸ ἱλαστήριον, περὶ ὧν οὐκ ἔστι νῦν λέγειν κατὰ μέρος. τούτων δὲ οὕτως κατεσκευασμένων, εἰς μὲν τὴν πρώτην σκηνὴν διὰ παντὸς εἰσίασιν οἱ ἱερεῖς, τὰς λατρείας ἐπιτελοῦντες, εἰς δὲ τὴν δευτέραν ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ μόνος ὁ ἀρχιερεὺς, οὐ χωρὶς αἵματος, ὃ προσφέρει ὑπὲρ ἑαυτοῦ, καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων. τοῦτο δηλοῦντος τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, μήπω πεφανερῶσθαι τὴν τῶν ἁγίων ὁδὸν, ἔτι τῆς πρώτης σκηνῆς ἐχούσης στάσιν, ἥτις παραβολὴ εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστηκότα, καθ' ὃν δῶρά τε καὶ θυσίαι προσφέρονται, μὴ δυνάμεναι κατὰ συνείδησιν τελειῶσαι τὸν λατρεύοντα, μόνον ἐπὶ βρώμασι καὶ πόμασι, καὶ διαφόροις βαπτισμοῖς, καὶ δικαιώμασι σαρκὸς, μέχρι καιροῦ διορθώσεως ἐπικείμενα. Χριστὸς δὲ παραγενόμενος ἀρχιερεὺς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, διὰ τῆς μείζονος καὶ τελειοτέρας σκηνῆς, οὐ χειροποιήτου, τουτέστιν, οὐ ταύτης τῆς κτίσεως, οὐ δι' αἵματος τράγων καὶ μόσχων, διὰ δὲ τοῦ ἰδίου αἵματος εἰσῆλθεν ἐφάπαξ εἰς τὰ ἅγια, αἰωνίαν λύτρωσιν εὑρόμενος.

super iniuſticijs illorũ, & peccatis eorũ, & iniquitatũ illorũ nõ recordabor amplius. Per hoc qd' dicit nouũ, antiquauit prius. Porrò quod antiquatur ac ſeneſcit, in propinquo eſt, ut euaneſcat.

Igitur habebat quidem etiam prius illud, iuſtificationes, cultus, ac ſanctum mundanum. Siquidem tabernaculum factum fuit primum, in quo erant lucernæ, & menſa, & propoſitio panum, quam uocant, ſancta. Poſt ſecundum autem uelum erat tabernaculũ, quod uocatur ſanctum ſanctorum, aureum habẽs thuribulum, & arcam teſtamenti, undiq; circumtectam auro, in qua urna aurea habens manna, & uirga Aaron, quæ germinauerat, & tabulæ teſtamenti. Supra hanc autem cherubim gloriæ, obumbrantia propiciatorium. de quibus non eſt nunc dicendũ ſingulatim. His autem ad hunc ordinatis modum, in prius quidem tabernaculum ſemper ingrediuntur ſacerdotes, qui ſacrorum ritus peragant: in ſecundum autem ſemel quotannis ſolus pontifex, non ſine ſanguine, quẽ offert pro ſeipſo, & pro populi ignorantijs. Illud ſignificante ſpiritu ſancto, nõdum manifeſtatam eſſe ſanctorum uiam, adhuc priore tabernaculo conſiſtente, quæ erat ſimilitudo pro tempore tum præſente, in quo dona ſacrificiaq; offeruntur, quæ non poſſint iuxta conſcientiam perfectum reddere cultorem, in cibis dumtaxat & potionibus, & diuerſis abluti onibus ac iuſtificationibus carnis, uſq; ad tempus correctionis impoſita. At Chriſtus accedẽs põtifex futurorũ bonorũ, per maius & perfectius tabernaculũ, nõ manu factum, hoc eſt, non huius ſtructuræ, neq; per ſanguinem hircorum ac uitulorũ, ſed per proprium ſanguinem ingreſſus eſt ſemel in ſancta, æterna redemptione reperta. Nam ſi

IX

Digitized by Google

λη γὰρ τὸ αἷμα ταύρων, καὶ τράγων, καὶ σποδὸς δαμάλεως, ῥαντίζουσα τοὺς κεκοι-
νωμένους, ἁγιάζει πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς κα-
θαρότητα, πόσῳ μᾶλλον τὸ αἷμα τοῦ χρι-
στοῦ, ὃς διὰ πνεύματος αἰωνίου ἑαυτὸν
προσήνεγκεν ἄμωμον τῷ θεῷ, καθαριεῖ τὴν
συνείδησιν ὑμῶν ἀπὸ νεκρῶν ἔργων,
εἰς τὸ λατρεύειν θεῷ ζῶντι. καὶ διὰ τοῦτο
διαθήκης καινῆς μεσίτης ἐστίν, ὅπως θα-
νάτου γενομένου, εἰς ἀπολύτρωσιν τῶν ἐπὶ
τῇ πρώτῃ διαθήκῃ παραβάσεων, τὴν ἐπαγ-
γελίαν λάβωσιν οἱ κεκλημένοι, τὴν αἰω-
νίου κληρονομίας. ὅπου γὰρ διαθήκη, θά-
νατον ἀνάγκη φέρεσθαι τοῦ διαθεμένου. διά-
θηκη γὰρ ἐπὶ νεκροῖς βεβαία, ἐπεί μή ποτε
ἰσχύει, ὅτε ζῇ ὁ διαθέμενος. ὅθεν οὐδὲ
πρώτη, χωρὶς αἵματος ἐγκεκαίνισται. λαλη-
θείσης γὰρ πάσης ἐντολῆς κατὰ νόμον ὑπὸ
Μωϋσέως παντὶ τῷ λαῷ, λαβὼν τὸ αἷ-
μα τῶν μόσχων καὶ τράγων, μετὰ ὕδατος
καὶ ἐρίου κοκκίνου καὶ ὑσσώπου, αὐτό τε τὸ
βιβλίον καὶ πάντα τὸν λαὸν ἐράντισε,
λέγων· τοῦτο τὸ αἷμα τῆς διαθήκης, ἧς ἐνε-
τείλατο πρὸς ὑμᾶς ὁ θεός. καὶ τὴν σκη-
νὴν δὲ καὶ πάντα τὰ σκεύη τῆς λειτουργί-
ας τῷ αἵματι πάντα ὁμοίως ἐρράντισε.
καὶ σχεδὸν ἐν αἵματι πάντα καθαρίζεται κατὰ
τὸν νόμον, καὶ χωρὶς αἱματεκχυσίας οὐ γί-
νεται ἄφεσις. ἀνάγκη οὖν τὰ μὲν ὑποδείγματα τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τούτοις κα-
θαρίζεσθαι. αὐτὰ δὲ τὰ ἐπουράνια, κρείττο-
σι θυσίαις παρὰ ταύτας. οὐ γὰρ εἰς χειρο-
ποίητα ἅγια εἰσῆλθεν ὁ χριστός, ἀντίτυ-
πα τῶν ἀληθινῶν, ἀλλὰ εἰς αὐτὸν τὸν οὐρα-
νὸν, νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ
θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν. οὐδ' ἵνα πολλάκις προσ-
φέρῃ ἑαυτὸν, ὥσπερ ὁ ἀρχιερεὺς εἰσέρχε-
ται εἰς τὰ ἅγια κατ' ἐνιαυτὸν ἐν αἵματι
ἀλλοτρίῳ, ἐπεὶ ἔδει αὐτὸν πολλάκις πα-
θεῖν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. νῦν δὲ ἅπαξ
ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων, εἰς ἀθέτησιν
ἁμαρτίας

Nam si sanguis taurorum & hircorum, & cinis iuuencæ, aspergens inquinatos, sanctificat ad carnis purificationē, quāto magis sanguis Christi, qui per spiritum æternum seipsum obtulit immaculatum deo, purgabit conscientiam uestram à mortuarijs operibus, ad seruiendum deo uiuenti? Et ob id noui testamenti conciliator est, ut morte intercedente, ad redemptionem earum præuaricationum, quæ fuerāt sub priori testamento, ijs qui uocati sunt, promissionem accipiant æternæ hæreditatis. Siquidem ubi testamentum est, mors intercedat necesse est testatoris. Nam testamētum in mortuis ratum est, quandoquidem nōdū ualet, cum uiuit testator. Vnde ne prius quidem illud, absq; sanguine dedicatum fuit. Cum enim Moyses omne præceptum iuxta legem exposuisset omni populo, sumpto sanguine uitulorum & hircorum, cum aqua & lana coccina & hysopo, simul & ipsum librum & totū populū aspersit, dicens: Hic est sanguis testamēti, quod mandauit uobis deus. Insuper autem & tabernaculum, & omnia uasa ministerij, sanguine consimiliter aspergebat. Et omnia ferè secundum legem sanguine purificantur, & absq; sanguinis effusione nō fit remissio. Itaq; necesse est, ut exemplaria quidem eorum quæ sunt in cœlis, hisce rebus purificētur. Cæterū ipsa cœlestia potioribꝰ cōs hæc sint, uictimis mundent. Nō em in manu facta sancta ingressus est Christus, exemplaria uerorū, sed in ipsum cœlū, ut appareat nūc in cōspectu dei pro nobis, non ut sæpius offerat semetipsum, quēadmodum pontifex ingreditur in sancta singulis annis per sanguinem alienū. Alioqui oportuisset illum sæpius passum fuisse à condito mundo. Nunc autē semel, sub consummationem seculorum, ad profligationem

ἁμαρτίας, διὰ τῆς θυσίας αὐτοῦ πεφανέρωται. καὶ καθόσον ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἅπαξ ἀποθανεῖν, μετὰ δὲ τοῦτο κρίσις, οὕτως καὶ ὁ χριστὸς ἅπαξ προσενεχθεὶς εἰς τὸ πολλῶν ἀνενεγκεῖν ἁμαρτίας, ἐκ δευτέρου χωρὶς ἁμαρτίας ὀφθήσεται τοῖς αὐτὸν ἀπεκδεχομένοις εἰς σωτηρίαν.

Σκιὰν γὰρ ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων, κατ' ἐνιαυτὸν ταῖς αὐταῖς θυσίαις ἃς προσφέρουσιν εἰς τὸ διϊλωσικὲς οὐδέποτε δύναται τοὺς προσερχομένους, τελεῶσαι. ἐπεὶ οὐκ ἂν ἐπαύσαντο προσφερόμεναι; διὰ τὸ μηδεμίαν ἔχειν ἔτι συνείδησιν ἁμαρτιῶν τοὺς λατρεύοντας, ἅπαξ κεκαθαρμένους· ἀλλ' ἐν αὐταῖς ἀνάμνησις ἁμαρτιῶν κατ' ἐνιαυτόν. ἀδύνατον γὰρ αἷμα ταύρων καὶ τράγων ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας. διὸ εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον, λέγει. θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι, ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ εὐδόκησας, τότε εἶπον, ἰδοὺ ἥκω, ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπταί περί ἐμοῦ, τοῦ ποιῆσαι ὁ θεός τὸ θέλημά σου. ἀνώτερον λέγων, ὅτι θυσίαν καὶ προσφορὰν, καὶ ὁλοκαυτώματα, καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ἠθέλησας, οὐδὲ εὐδόκησας, αἵτινες κατὰ τὸν νόμον προσφέρονται, τότε εἴρηκεν, ἰδοὺ ἥκω τοῦ ποιῆσαι ὁ θεός τὸ θέλημά σου, ἀναιρεῖ τὸ πρῶτον, ἵνα τὸ δεύτερον στήσῃ, ἐν ᾧ θελήματι ἡγιασμένοι ἐσμὲν, διὰ τῆς προσφορᾶς τοῦ σώματος τοῦ Ἰησοῦ χριστοῦ ἐφάπαξ. καὶ πᾶς μὲν ἱερεὺς ἕστηκε καθ' ἡμέραν λειτουργῶν, καὶ τὰς αὐτὰς πολλάκις προσφέρων θυσίας, αἵτινες οὐδέποτε δύανται περιελεῖν ἁμαρτίας. αὐτὸς δὲ μίαν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν προσενέγκας θυσίαν, εἰς τὸ διϊλωσικὲς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ, τὸ λοιπὸν ἐκδεχόμενος, ἕως τεθῶσιν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ.

μία

peccati, per immolationem ſui ipſius apparuit. Et quatenus illud manet omnes homines, ut ſemel moriatur, poſt hoc autem iudicium, ita & Chriſtus ſemel oblatus, ut multorum peccata tolleret, rurſus abſque peccato cõſpicietur, iis qui illum expectant in ſalutem.

Nam lex umbram obtinens futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum, his hoſtiis quas ſingulis annis eaſdem continenter offerunt, nunquam poteſt accedentes perfectos reddere. Alioqui nónne deſiiſſent offerri? propterea, quod nullam iam habuiſſent conſcientiam peccatorum, qui ſacrificaſſent, ac ſemel purgati eſſent. Atqui in iſtis commemoratio fit peccatorum quotannis. Non enim poteſt ſanguis taurorum & hircorum auferre peccata. Quapropter cum ingreſſurus eſt mundum, dicit: Sacrificium & oblationem noluiſti. Corpus autem aptaſti mihi, holocautomata & pro peccato non comprobaſti. Tunc dixi: Ecce adſum, in capite libri ſcriptum eſt de me, ut faciam deus uoluntatem tuam. Superius cum dicit, ſacrificium, & oblationem, & holocautomata, & pro peccato noluiſti, neque comprobaſti, quæ iuxta legem offeruntur, tunc dixit: Ecce adſum, ut faciam deus uoluntatem tuam: tollit prius, ut poſterius ſtatuat: per quam uoluntatem ſanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel peractam. Et omnis quidem ſacerdos aſſiſtit quotidie, ſacra peragens, & eaſdem ſæpius offerens hoſtias, quæ nunquam poſſint auferre peccata. Hic uero, una pro peccatis oblata uictima, perpetuo ſedet ad dexteram dei, id quod ſupereſt expectans, donec reddantur inimici ipſius, ſcabellum pedum eius.

x

Vnica

μιᾷ γὰρ προσφορᾷ τετελείωκεν εἰς τὸ διη-
νεκὲς τοὺς ἁγιαζομένους. μαρτυρεῖ δὲ ἡ-
μῖν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. μετὰ γὰρ τὸ
προειρηκέναι, Αὕτη ἡ διαθήκη, ἣν διαθήσο-
μαι πρὸς αὐτοὺς, μετὰ τὰς ἡμέρας ἐκείνας
λέγει κύριος, διδοὺς νόμους μου ἐπὶ καρδί-
ας αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τὰς διανοίας αὐτῶν ἐπι-
γράψω αὐτούς, καὶ τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ τῶν
ἀνομιῶν αὐτῶν οὐ μὴ μνησθῶ ἔτι. ὅπου δὲ
ἄφεσις τούτων, οὐκ ἔτι προσφορὰ περὶ ἁ-
μαρτίας. Ἔχοντες οὖν ἀδελφοὶ παῤῥησί-
αν εἰς τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων ἐν τῷ αἵ-
ματι Ἰησοῦ, ἣν ἐνεκαίνισεν ἡμῖν ὁδὸν
πρόσφατον καὶ ζῶσαν διὰ τοῦ καταπετά-
σματος, τοῦτ' ἔστι, τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ ἱε-
ρέα μέγαν ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ, προσερ-
χώμεθα μετὰ ἀληθινῆς καρδίας ἐν πλη-
ροφορίᾳ πίστεως, ῥεραντισμένοι τὰς καρδί-
ας ἀπὸ συνειδήσεως πονηρᾶς, καὶ λελουμέ-
νοι τὸ σῶμα, ὕδατι καθαρῷ, κατέχωμεν
τὴν ὁμολογίαν τῆς ἐλπίδος, ἀκλινῆ. πι-
στὸς γὰρ ὁ ἐπαγγειλάμενος. καὶ κατανο-
ῶμεν ἀλλήλους εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης,
καὶ καλῶν ἔργων, μὴ ἐγκαταλιπόντες
τὴν ἐπισυναγωγὴν ἑαυτῶν, καθὼς ἔθος τι-
σὶν, ἀλλὰ παρακαλοῦντες, καὶ τοσούτῳ μᾶλ
λον, ὅσῳ βλέπετε ἐγγίζουσαν τὴν ἡμέραν.
ἑκουσίως γὰρ ἁμαρτανόντων ἡμῶν μετὰ
τὸ λαβεῖν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, οὐκ
ἔτι περὶ ἁμαρτιῶν ἀπολείπεται θυσία,
φοβερὰ δέ τις ἐκδοχὴ κρίσεως, καὶ πυρὸς
ζῆλος ἐσθίειν μέλλοντος τοὺς ὑπεναντίους.
ἀθετήσας τις νόμον μωϋσέως, χωρὶς οἰ-
κτιρμῶν ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀ-
ποθνήσκει. πόσῳ δοκεῖτε χείρονος ἀξιωθή-
σεται τιμωρίας, ὁ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ κα-
ταπατήσας, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης
κοινὸν ἡγησάμενος, ἐν ᾧ ἡγιάσθη, καὶ τὸ
πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίσας; οἴδαμεν γὰ
τὸν εἰπόντα, ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταπο-
δώσω, λέγει κύριος. καὶ πάλιν, κύριος
κρινεῖ

Vnica enim oblatione perfectos effecit in perpetuum, eos qui ſanctificantur. Teſtificatur autem nobis & ipſe ſpiritus ſanctus, nimirum cum prædixerit, Hoc eſt teſtamentum, quod condam erga illos, poſt dies illos, dicit dominus, dans leges meas in corde illorum, & in mentibus illorum inſcribam eas, & peccatorum atq; iniquitatum illorum non recordabor amplius. Porrò ubi horum eſt remiſſio, non eſt amplius oblatio pro peccato. Cum igitur fratres, habeamus libertatem adeundi in ſancta per ſanguinem Ieſu, ea uia quã dedicauit nobis recentem ac uiuentem, per uelamentũ, hoc eſt, per carnem ſuam, cumq; habeamus ſacerdotem magnum præfectum domui dei, accedamus cum uero corde, in certitudine fidei, aſperſi cordibus, ac depulſa conſcientia mala, & abluti corpore, aqua pura, teneamus confeſſionem ſpei, non uacillantem, fidelis enim qui promiſit, & conſideremus nos inuicem, in hoc, ut prouocemus ad charitatem & bona opera, non deſerentes aggregationem noſtri mutuam, ſicuti mos eſt nonnullis, ſed adhortantes inuicem, idq; hoc magis, quod uidetis appropinquantem diem. Nã ſi uolentes peccauerimus poſt acceptam cognitionem ueritatis, nõ ultra pro peccatis reliqua eſt hoſtia, ſed formidabilis quædam expectatio iudicij, & ignis uehementia, qui deuoraturus eſt aduerſarios. Qui aſpernatus fuerit Moyſi legem, abſque miſericordia, ſub duobus aut tribus teſtibus moritur. Quanto putatis peioribus afficietur ſupplicijs, qui filium dei conculcarit, & ſanguinem teſtamenti, ceu rem prophanam habuerit, per quem fuerat ſanctificatus, & ſpiritum gratiæ contumelia affecerit. Nouimus enim eum qui dixit: Meum eſt ulciſci, ego rependam, dicit dominus. Et rurſum: Dominus

κρινεῖ τὸν λαὸν αὐτοῦ. φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας θεοῦ ζῶντος. Ἀναμιμνήσκεσθε δὲ τὰς πρότερον ἡμέρας, ἐν αἷς φωτισθέντες, πολλὴν ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων. τοῦτο μὲν, ὀνειδισμοῖς τε καὶ θλίψεσι θεατριζόμενοι, τοῦτο δὲ κοινωνοὶ τῶν οὕτως ἀναστρεφομένων γενηθέντες. καὶ γὰρ τοῖς δεσμοῖς μου συνεπαθήσατε, καὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς προσεδέξασθε, γινώσκοντες ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς κρείττονα ὕπαρξιν ἐν οὐρανοῖς καὶ μένουσαν. Μὴ ἀποβάλητε οὖν τὴν παῤῥησίαν ὑμῶν, ἥτις ἔχει μισθαποδοσίαν μεγάλην. ὑπομονῆς γὰρ ἔχετε χρείαν, ἵνα τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ ποιήσαντες, κομίσησθε τὴν ἐπαγγελίαν. ἔτι γὰρ μικρὸν ὅσον ὅσον, ὁ ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ χρονίσει. ὁ δὲ δίκαιός μου ἐκ πίστεως ζήσεται, καὶ ἐὰν ὑποστείληται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ. ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς εἰς ἀπώλειαν, ἀλλὰ πίστεως εἰς περιποίησιν ψυχῆς.

Ἔστι δὲ πίστις, ἐλπιζομένων ὑπόστασις, πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων. ἐν ταύτῃ γὰρ ἐμαρτυρήθησαν οἱ πρεσβύτεροι. πίστει νοοῦμεν κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας ῥήματι θεοῦ, εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι. πίστει πλείονα θυσίαν Ἄβελ παρὰ Κάϊν προσήνεγκε τῷ θεῷ, δι' ἧς ἐμαρτυρήθη εἶναι δίκαιος, μαρτυροῦντος ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ τοῦ θεοῦ, καὶ δι' αὐτῆς ἀποθανὼν ἔτι λαλεῖ. πίστει Ἐνὼχ μετετέθη τοῦ μὴ ἰδεῖν θάνατον, καὶ οὐχ ηὑρίσκετο, διότι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ θεός. πρὸ γὰρ τῆς μεταθέσεως αὐτοῦ μεμαρτύρηται εὐηρεστηκέναι τῷ θεῷ. χωρὶς δὲ πίστεως ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι. πιστεῦσαι γὰρ δεῖ τὸν προσερχόμενον τῷ θεῷ, ὅτι ἔστι, καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται. πίστει χρηματισθεὶς Νῶε περὶ τῶν μηδέπω βλεπομένων, εὐλαβηθείς, κατεσκεύασε κιβωτὸν

iudicabit populum ſuum. Horrendum eſt incidere in manus dei uiuentis. Redeāt autem uobis in memoriā ſuperiores dies, in quibus illuminati, ingens certamen ſuſtinuiſtis afflictionū, partim quidē, dū & p̄bris & preſſuris affecti, ſpectaculo fuiſtis omnibus, partim dum conſortes ita cōuerſantium facti eſtis. Siquidē & afflictionū, quæ ex uinculis meis contigerunt participes, fuiſtis, & direptionē facultatū ueſtrarum cū gaudio accepiſtis, ſciētes uos habere in uobis, potiorē ſubſtantiā in cœlis ac manentē. Ne abieceritis igit̄ fiduciam ueſtrā, quæ magnā habet præmij retributionem. Nā patientia uobis eſt opus, ut ubi uoluntatē dei peregeritis, reportetis p̄miſſionē. Adhuc em̄ perpuſillū tēporis, & qui uenturus eſt ueniet, & nō tardabit. Iuſtus aūt ex fide uicturus eſt. & ſi ſe ſubduxerit, nō probabit̄ animo meo. At nos non ſumus qui ſubducamus nos in p̄ditionē, ſed ad fidē p̄tinemus in acquiſitionē animæ.

Eſt aūt fides, earū rerū quæ ſperant̄, ſubſtantia, argumentū eorū, quæ nō uidētur. p̄ hanc em̄ teſtimoniū meruerūt ſeniores. Per fidem intelligimus p̄fecta fuiſſe ſecula uerbo dei, ut ex his quæ nō apparebāt, ea quæ uident̄, fierent. Per fidē uberiorē hoſtiā Abel obtulit deo, cū̄ Cain: p̄ quā teſtimoniū meruit, q̄ eſſet iuſtus, teſtimoniū p̄hibente de donarijs illius deo, & per hāc mortuus adhuc loquit̄. Per fidē Enoch fuit tranſlatus, ne uideret mortē, nec fuit inuentus, propterea quod tranſtulerat illū deus. priuſq̄ enim trāſferretur, teſtimoniū meruerat, quod placuiſſet deo. Atqui ſine fide, fieri nō poteſt, ut quis illi placeat. Nam qui accedit ad deum, hūc credere oportet. eſſe deū, & eſſe remuneratorē quærētibus ſe. Per fidem admonitus oraculo Noē, ea quæ nōdum uidebātur, ueritus, apparauit

arcam

Digitized by Google

κιβωτὸν εἰς σωτηρίαν τοῦ οἴκου αὐτοῦ, δι' ἧς κατέκρινε τὸν κόσμον, καὶ τῆς κατὰ πίστιν δικαιοσύνης ἐγένετο κληρονόμος. πίστει καλούμενος Ἀβραὰμ ὑπήκουσεν ἐξελθεῖν εἰς τόπον, ὃν ἤμελλε λαμβάνειν εἰς κληρονομίαν, καὶ ἐξῆλθε, μὴ ἐπιστάμενος ποῦ ἔρχεται. πίστει παρῴκησεν εἰς γῆν τῆς ἐπαγγελίας, ὡς ἀλλοτρίαν, ἐν σκηναῖς κατοικήσας μετὰ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ τῶν συγκληρονόμων τῆς ἐπαγγελίας τῆς αὐτῆς. ἐξεδέχετο γὰρ τὴν τοὺς θεμελίους ἔχουσαν πόλιν, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ θεός. πίστει καὶ αὐτὴ Σάρρα δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος ἔλαβε, καὶ παρὰ καιρὸν ἡλικίας ἔτεκεν, ἐπεὶ πιστὸν ἡγήσατο τὸν ἐπαγγειλάμενον. διὸ καὶ ἀφ' ἑνὸς ἐγεννήθησαν, καὶ ταῦτα νενεκρωμένου, καθὼς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει, καὶ ὡσεὶ ἄμμος ἡ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης ἡ ἀναρίθμητος. κατὰ πίστιν ἀπέθανον οὗτοι πάντες, μὴ λαβόντες τὰς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ πόρρωθεν αὐτὰς ἰδόντες καὶ ἀσπασάμενοι καὶ ὁμολογήσαντες, ὅτι ξένοι καὶ παρεπίδημοί εἰσιν ἐπὶ τῆς γῆς. οἱ γὰρ τοιαῦτα λέγοντες, ἐμφανίζουσιν, ὅτι πατρίδα ἐπιζητοῦσιν. καὶ εἰ μὲν ἐκείνης ἐμνημόνευον ἀφ' ἧς ἐξῆλθον, εἶχον ἂν καιρὸν ἀνακάμψαι. νῦν δὲ κρείττονος ὀρέγονται, τουτέστιν ἐπουρανίου. διὸ οὐκ ἐπαισχύνεται αὐτοὺς ὁ θεὸς, θεὸς ἐπικαλεῖσθαι αὐτῶν, ἡτοίμασε γὰρ αὐτοῖς πόλιν. πίστει προσενήνοχεν Ἀβραὰμ τὸν Ἰσαὰκ πειραζόμενος, καὶ τὸν μονογενῆ προσέφερεν, ὁ τὰς ἐπαγγελίας ἀναδεξάμενος, πρὸς ὃν ἐλαλήθη, ὅτι ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα, λογισάμενος, ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγεῖραι δυνατὸς ὁ θεὸς, ὅθεν αὐτὸν καὶ ἐν παραβολῇ ἐκομίσατο. πίστει περὶ μελλόντων εὐλόγησεν Ἰσαὰκ τὸν Ἰακὼβ καὶ τὸν Ἠσαῦ. πίστει Ἰακὼβ ἀποθνήσκων, ἕκαστον τῶν υἱῶν Ἰωσὴφ εὐλόγησε, καὶ προσεκύνησεν

arcam ad ſalutem domus ſuæ, per quã arcam cõdemnauit mundum, & eius quæ ſecũdum fidem eſt, iuſticiæ factus eſt hæres. Per fidem, appellatus Abraham, obediit, ut exiret in locum quem acceptурus erat in hæreditatem, & exiuit, neſciẽs quò eſſet uenturus. Per fidem cõmigrauit in terram promiſſionis, ueluti peregrinam, cum in tabernaculis habitaſſet cum Iſaac & Iacob, cohæredibus eiuſdem promiſſionis. Expectauerat enim habentem fundamenta ciuitatem, cuius opifex & conditor eſt deus. Per fidem & ipſa Sara uim ad concipiendum ac retinendum ſemen accepit, ac præter ætatis rationem peperit, q̃ fidelem iudicaret eum qui promiſerat. Quapropter & ex uno prognati ſunt poſteri, eoq̃ iam annis effœto, tanto numero, quãto ſunt ſtellæ cœli, & uelut arena, quæ eſt iuxta margi nem maris innumerabilis. Iuxta fidẽ mortui ſunt hi omnes, cum nõ accepiſſent promiſſiones, ſed procul eas uidiſſent, & credidiſſent, ſalutaſſentq̃, & confeſſi fuiſſent, ſe hoſpites atq̃ aduenas eſſe in terra. Nam hæc qui dicunt, declarant ſe patriam inquirere. Et ſi illius quidem memores fuiſſent, unde fuerant profecti, habebant opportunitatem reuertendi. Nunc autem meliorem expetunt, hoc eſt, cœleſtem. Quapropter non erubeſcit ipſe deus uocari deus illorum. parauerat enim illis ciuitatem. Per fidem obtulit Abraham Iſaac, cum tentaretur, & unigenitum obtulit, in quo promiſſiones acceperat, ad quem dictum fuerat: In Iſaac uocabitur tibi ſemen, cum illud ſecum perpendiſſet, deum uel à mortuis excitare poſſe, unde illũ etiã reſurrectionis typo reduxit. Per fidẽ de futuris benedixit Iſaac filio Iacob, & Eſau. Per fidẽ, Iacob moriẽs, ſingulis filiis Ioſeph bñdixit, &

προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ. Πίστει Ἰωσὴφ τελευτῶν, περὶ τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐμνημόνευσε, καὶ περὶ τῶν ὀστέων αὐτοῦ ἐνετείλατο. Πίστει, Μωϋσῆς γεννηθεὶς, ἐκρύβη τρίμηνον ὑπὸ τῶν πατέρων αὐτοῦ, διότι εἶδον ἀστεῖον τὸ παιδίον, καὶ οὐκ ἐφοβήθησαν τὸ διάταγμα τοῦ βασιλέως. Πίστει, Μωϋσῆς μέγας γενόμενος, ἠρνήσατο λέγεσθαι υἱὸς θυγατρὸς Φαραώ, μᾶλλον ἐλόμενος συγκακουχεῖσθαι τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ, ἢ πρόσκαιρον ἔχειν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν· μείζονα πλοῦτον ἡγησάμενος τῶν ἐν Αἰγύπτῳ θησαυρῶν, τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ Χριστοῦ. ἀπέβλεπε γὰρ εἰς τὴν μισθαποδοσίαν. Πίστει κατέλιπεν Αἴγυπτον, μὴ φοβηθεὶς τὸν θυμὸν τοῦ βασιλέως. Τὸν γὰρ ἀόρατον ὡς ὁρῶν ἐκαρτέρησε. Πίστει πεποίηκε τὸ πάσχα καὶ τὴν πρόχυσιν τοῦ αἵματος, ἵνα μὴ ὁ ὀλοθρεύων τὰ πρωτότοκα, θίγῃ αὐτῶν. Πίστει δὲ διέβησαν τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν ὡς διὰ ξηρᾶς, ἧς πεῖραν λαβόντες οἱ Αἰγύπτιοι, κατεποθησαν. Πίστει τὰ τείχη Ἰερειχὼ κατέπεσε, κυκλωθέντα ἐπὶ ἡμέρας ἑπτά. Πίστει Ῥαὰβ ἡ πόρνη οὐ συναπώλετο τοῖς ἀπειθήσασι, δεξαμένη τοὺς κατασκόπους μετ' εἰρήνης. Καὶ τί ἔτι λέγω; ἐπιλείψει γάρ με διηγούμενον ὁ χρόνος περὶ Γεδεών, Βαράκ τε, Σαμψών, καὶ Ἰεφθάε, Δαβίδ τε καὶ Σαμουὴλ, καὶ τῶν προφητῶν, οἱ διὰ πίστεως κατηγωνίσαντο βασιλείας, εἰργάσαντο δικαιοσύνην, ἐπέτυχον ἐπαγγελιῶν, ἔφραξαν στόματα λεόντων, ἔσβεσαν δύναμιν πυρός, ἔφυγον στόματα μαχαίρας, ἐνεδυναμώθησαν ἀπὸ ἀσθενείας, ἐγενήθησαν ἰσχυροὶ ἐν πολέμῳ, παρεμβολὰς ἔκλιναν ἀλλοτρίων. Ἔλαβον γυναῖκες ἐξ ἀναστάσεως τοὺς νεκροὺς αὐτῶν· ἄλλοι δὲ ἐτυμπανίσθησαν, οὐ προσδεξάμενοι τὴν ἀπολύτρωσιν, ἵνα κρείττονος ἀναστάσεως τύχωσιν. Ἕτεροι δὲ ἐμπαιγμῶν καὶ μαστίγων πεῖραν

Ἔλαβον

adorauit fastigiũ uirgæ illius. Per fidẽ, Ioseph moriens, de egressione filiorum Israel meminit, dẽq; ossibus suis mãdauit. Per fidem, cum natus esset Moyses, occultatus est menses treis, à parentibus suis, propterea quod uiderent elegantem puellum, nec ueriti sunt edictum regis. Per fidem, Moses iã grandis, renuit uocari filius filiæ Pharaonis, potius eligens simul malis affici cũ populo dei, quam temporariis peccati cõmodis frui, maiores arbitratꝰ diuitias, probrum Christi, quam Aegyptiorum thesauros. Respectum enim habebat remunerationis. Per fidem reliquit Aegyptum, haud ueritus ferociam regis. Perinde enim quasi uidisset eum qui est inuisibilis, ita obdurauit. Per fidem fecit pascha, & effusionem sanguinis: ne is qui perimebat primogenita, tangeret ipsos. Per fidem transierunt rubrum mare, ueluti per siccam terrã, quod cum tentassent Aegyptij, absorpti sunt. Per fidem mœnia Hiericho concederunt, circumdata ad dies septem. Per fidem Raab meretrix non perijt unà cum ijs qui non obedierant, cum excepisset hospitio exploratores pacifice. Et quid præterea loquor? Deficiet enim me tempus, commemorantem de Gedeone, de Barac, & Sampsone, & Hiephthaë, necnon Dauid & Samuële, ac prophetis, qui per fidem expugnauerunt regna, operati sunt iusticiam, assecuti sunt promissiones, occluserunt ora leonum, extinxerunt uim ignis, effugerunt acies gladij, ualidi facti sunt ex imbecillitate, effecti sunt robusti in bello, incursiones auerterunt exterorum. Mulieres acceperunt ex resurrectione mortuos suos. Alij uero distenti sunt, aspernati redemptionem, ut potiorem sortirentur resurrectionem. Alij rursus ludibrijs & flagris explorati sunt.

infug

ἔλαβον, ἔτι δὲ δεσμῶν καὶ φυλακῆς, ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν, ἐπειράσθησαν, ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον, περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος, ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι, καὶ ὄρεσι καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς. καὶ οὗτοι πάντες μαρτυρηθέντες διὰ τῆς πίστεως, οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν, τοῦ θεοῦ περί ἡμῶν κρεῖττόν τι προβλεψαμένου, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσιν.

Τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς τοσοῦτον ἔχοντες περικείμενον ἡμῖν νέφος μαρτύρων, ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα, καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν, δι' ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα, ἀφορῶντες εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν, καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν, ὃς ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς, ὑπέμεινε σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας, ἐν δεξιᾷ τε τοῦ θρόνου τοῦ θεοῦ κεκάθικεν. ἀναλογίσασθε γὰρ τὸν τοιαύτην ὑπομεμενηκότα ὑπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν εἰς αὐτὸν ἀντιλογίαν, ἵνα μὴ κάμητε, ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐκλυόμενοι. οὔπω μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε, πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι, καὶ ἐκλέλησθε τῆς παρακλήσεως, ἥτις ὑμῖν ὡς υἱοῖς διαλέγεται. υἱέ μου μὴ ὀλιγώρει παιδείας κυρίου, μηδὲ ἐκλύου ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενος. ὃν γὰρ ἀγαπᾷ κύριος, παιδεύει. μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν, ὃν παραδέχεται. εἰ παιδείαν ὑπομένετε, ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ θεός. τίς γάρ ἐστιν υἱὸς, ὃν οὐ παιδεύει πατήρ; εἰ δὲ χωρὶς ἐστε παιδείας, ἧς μέτοχοι γεγόνασι πάντες, ἄρα νόθοι ἐστὲ καὶ οὐχ υἱοί. εἶτα τοὺς μὲν τῆς σαρκὸς ἡμῶν πατέρας εἴχομεν παιδευτὰς καὶ ἐνετρεπόμεθα, οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑποταγησόμεθα τῷ πατρὶ τῶν πνευμάτων, καὶ ζήσομεν; οἱ μὲν γὰρ πρὸς ὀλίγας ἡμέρας, κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς, ἐπαίδευον,

insuper & uinculis & carcere, lapidati sunt, dissecti sunt, tentati sunt, occisione gladij occubuerunt, oberrarunt in ouillis & caprinis pellibus, destituti, pressi, afflicti, qbus indignus erat mũdus, in desertis errantes, & montibus, ac speluncis, & cauernis terræ. Atque omnes hi testimoniũ promeriti per fidem, non acceperant promissionem, quod deus de nobis melius quiddam puiderat, ne sine nobis cõsummarẽt.

Proinde nos quoq; cum tanta septi simus nube testium, deposito onere omni, & tenaciter inhærente peccato, per tolerãtiam curramus in propositum nobis certamine, respicientes ad fidei ducem, & consummatorẽ Iesum, qui pro proposito sibi gaudio, pertulit crucẽ ignominia contẽpta, & ad dexteram throni dei consedit. Reputate enim q̃ is talem sustinuerit à peccatoribus aduersus se cõtradictionem, ne defatigemini, animis defecti. Nondũ usq; ad sanguinem restitistis, aduersus peccatũ repugnãtes, & obliti estis exhortationis, quæ uobis tanquam filijs loquitur: Fili mi, ne neglexeris correptionem domini, neq; deficias cum ab eo argueris. Quem enim diligit dominus, corripit: flagellat autem omnẽ filiũ, quem recipit. Si castigationẽ sustinetis, ueluti filijs uobis offert se deus. Quis enim est filius, quem nõ castigat pater? Quod si alieni estis à castigatione, cuius participes sunt omnes: igitur spurij estis, nõ filij. Itaq; cũ carnis nostræ patres habuerimus castigatores, & reueriti simus illos, an nõ multo magis subijciemur patri spirituũ, & uiuemus? Atq; illi quidem ad paucos dies, pro arbitratu suo nos erudiebãt: hic autẽ

Digitized by Google

ὁ δὲ ἐπὶ τὸ συμφέρον εἰς τὸ μεταλαβεῖν τῆς ἁγιότητος αὐτοῦ. πᾶσα μὲν παιδεία πρὸς μὲν τὸ παρὸν οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης. ὕστερον δὲ καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι' αὐτῆς γεγυμνασμένοις ἀποδίδωσι δικαιοσύνης. διὸ τὰς παρειμένας χεῖρας, καὶ τὰ παραλελυμένα γόνατα ἀνορθώσατε, καὶ τροχιὰς ὀρθὰς ποιήσατε τοῖς ποσὶν ὑμῶν, ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ, ἰαθῇ δὲ μᾶλλον. εἰρήνην διώκετε μετὰ πάντων, καὶ τὸν ἁγιασμόν, οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν κύριον, ἐπισκοποῦντες, μή τις ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ, μή τις ῥίζα πικρίας, ἄνω φύουσα ἐνοχλῇ, καὶ διὰ ταύτης μιανθῶσι πολλοί, μή τις πόρνος ἢ βέβηλος ὡς Ἠσαῦ, ὃς ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ. ἴστε γάρ, ὅτι καὶ μετέπειτα θέλων κληρονομῆσαι τὴν εὐλογίαν, ἀπεδοκιμάσθη. μετανοίας γὰρ τόπον οὐχ εὗρε, καίπερ μετὰ δακρύων ἐκζητήσας αὐτήν. οὐ γὰρ προσεληλύθατε ψηλαφωμένῳ ὄρει, καὶ κεκαυμένῳ πυρὶ καὶ γνόφῳ, καὶ σκότῳ, καὶ θυέλλῃ, καὶ σάλπιγγος ἤχῳ, καὶ φωνῇ ῥημάτων, ἧς οἱ ἀκούσαντες, παρῃτήσαντο μὴ προστεθῆναι αὐτοῖς λόγον. οὐκ ἔφερον γὰρ τὸ διαστελλόμενον, κἂν θηρίον θίγῃ τοῦ ὄρους, λιθοβοληθήσεται, ἢ βολίδι κατατοξευθήσεται, καὶ οὕτως φοβερὸν ἦν τὸ φανταζόμενον. Μωσῆς εἶπεν, ἔκφοβός εἰμι καὶ ἔντρομος, ἀλλὰ προσεληλύθατε σιὼν ὄρει, καὶ πόλει θεοῦ ζῶντος, ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει, καὶ ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἐν οὐρανοῖς ἀπογεγραμμένων, καὶ κριτῇ θεῷ πάντων, καὶ πνεύμασι δικαίων τετελειωμένων, καὶ διαθήκης νέας μεσίτῃ Ἰησοῦ, καὶ αἵματι ῥαντισμοῦ, κρεῖττον λαλοῦντι παρὰ τὸν Ἄβελ. βλέπετε μὴ παραιτήσησθε τὸν λαλοῦντα. εἰ γὰρ ἐκεῖνοι οὐκ ἔφυγον, τὸν ἐπὶ γῆς παραιτησάμενοι χρηματίζοντα, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς, οἱ τὸν ἀπ' οὐρανῶν

hic autem ad cómodũ noſtrum in hoc ut impartiat nobis ſanctimoniã ſuã. Omnis aũt caſtigatio in præſens quidẽ, non uidetur eſſe gaudij, ſed moleſtiæ. At poſtea fructum tranquillum iuſticiæ reddit, ijs qui per illã fuerint exercitati. Quapropter manꝰ remiſſas, & genua ſoluta ſurrigite, & facite, ut recti ſint greſſus pedibus ueſtris, ne claudicatio aberret à uia, imò ſanetur potius. Pacem ſectemini cũ omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo uidebit dominum, curam agentes, ne quis ſit qui deficiat à gratia dei, ne qua radix amarulentiæ, ſuppullulans obturbet, & per hanc inquinentur multi: ne quis ſcortator aut ꝓphanus, uelut Eſau, qui unico edulio permutauit ius primogeniti. Scitis enim, quod & poſtea, cum uellet hæreditario iure benedictionẽ aſſequi, reprobatus ſit. Non emꝫ reperit pœnitentiæ locũ, tametſi cum lachrymis quæſiuiſſet eam. Non enim acceſſiſtis ad contactũ montẽ, & incenſum ignem ac turbinẽ, & caliginẽ, & procellã, tubæq; ſonitũ, & uocẽ uerborũ, quã qui audierant, deprecati ſunt, ne his adiungeretur oratio. Non enim ferebant, quod edicebat: Si beſtia tetigerit mõtẽ, lapidabit, aut iaculo cõfigetur. & adeo terribile erat uiſum quod apparebat. Moſes dixit: Expauefactus ſum, ac tremebundus, ſed acceſſiſtis ad mõtem Sion, & ad ciuitatẽ dei uiuentis, Hieruſalẽ cœleſtẽ, & ad innumerabiliũ angelorũ cœtum, & ad cõcionẽ primogenitorũ, qui conſcripti ſunt in cœlis, & ad iudicẽ uniuerſorũ deũ, & ad ſpiritus iuſtorũ ꝓfectorũ, & ad noui teſtamenti conciliatorẽ Ieſum, & ad ſanguinẽ aſperſionis, meliora loquẽtẽ, q̃ loquebatur ſanguis Abel. Videte ne aſpernemini eum qui loquitur. nã ſi illi non effugerũt, qui auerſabant eum qui loquebat in terra, multo magis nos, ſi eum qui de cœlis

ἀπόψεωσιν ἀποσχιφόμενοι, οὗ ἡ φωνὴ τὴν γῆν ἐσάλευσε τότε, νῦν δὲ ἐπήγγελται, λέγων. ἔτι ἅπαξ ἐγὼ σείω, οὐ μόνον τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανόν. τὸ δὲ ἔτι ἅπαξ, δηλοῖ τῶν σαλευομένων τὴν μετάθεσιν, ὡς πεποιημένων, ἵνα μείνῃ τὰ μὴ σαλευόμενα. Διὸ βασιλείαν ἀσάλευτον παραλαμβάνοντες, ἔχωμεν χάριν, δι' ἧς λατρεύωμεν εὐαρέστως τῷ θεῷ μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας.

Καὶ γὰρ ὁ θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον. ἡ φιλαδελφία μενέτω. τῆς φιλοξενίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε, διὰ ταύτης γὰρ ἔλαθόν τινες ξενίσαντες ἀγγέλους. μιμνήσκεσθε τῶν δεσμίων, ὡς συνδεδεμένοι, τῶν κακουχουμένων, ὡς καὶ αὐτοὶ ὄντες ἐν σώματι. τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος. πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ θεός. ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος, ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσιν. αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν, οὐ μή σε ἀνῶ, οὐδ' οὐ μή σε ἐγκαταλείπω, ὥστε θαῤῥοῦντας ἡμᾶς λέγειν, κύριος ἐμοὶ βοηθός, καὶ οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος. μνημονεύετε τῶν ἡγουμένων ὑμῶν, οἵτινες ἐλάλησαν ὑμῖν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, ὧν ἀναθεωροῦντες τὴν ἔκβασιν τῆς ἀναστροφῆς, μιμεῖσθε τὴν πίστιν. Ἰησοῦς χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Διδαχαῖς ποικίλαις καὶ ξέναις μὴ περιφέρεσθε. καλὸν γὰρ, χάριτι βεβαιοῦσθαι τὴν καρδίαν, οὐ βρώμασιν, ἐν οἷς οὐκ ὠφελήθησαν οἱ περιπατήσαντες. Ἔχομεν θυσιαστήριον, ἐξ οὗ φαγεῖν οὐκ ἔχουσιν ἐξουσίαν, οἱ τῇ σκηνῇ λατρεύοντες. ὧν γὰρ εἰσφέρεται ζώων τὸ αἷμα περὶ ἁμαρτίας, εἰς τὰ ἅγια διὰ τοῦ ἀρχιερέως, τούτων τὰ σώματα κατακαίεται ἔξω τῆς παρεμβολῆς. διὸ καὶ Ἰησοῦς, ἵνα ἁγιάσῃ διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος τὸν λαὸν, ἔξω τῆς πύλης ἔπαθε. τοίνυν ἐξερχώμεθα πρὸς αὐτὸν ἔξω τῆς παρεμβολῆς, τὸν ὀνειδισμὸν

de cœlis est, auersemur: cuius uox tum concussit terram, at nunc denunciauit, dicens: Adhuc semel ego concutio, non modo terram, uerumetiam cœlū. Porrò illud quod dicit, adhuc semel, significat eorum quæ cōcutiuntur trāslationem, utpote quæ facta sint, ut maneant ea quæ non concutiūtur. Quapropter regnū assumentes quod concuti non possit, habeamus gratiam, p quā ita colamus deum, ut illi placeamus cū reuerentia & religione.

Etenim deus noster ignis consumēs est. XIII
Fraterna charitas maneat. Hospitalitatis ne sitis immemores. Per hanc enim quidā inscientes exceperūt angelos hospitio. Memores estote uinctorum, tanq̄ unà cum illis uincti, eorū qui affliguntur, uelut ipsi quoq̄ uersantes in corpe. Honorabile est inter omnes coniugium, & cubile impollutum. Scortatores autem & adulteros iudicabit deus. Sint mores alieni ab auaritia, contenti ijs quæ adsunt. Siquidem ipse dixit: Non te desero, neq̄ derelinquo, ut fidentes dicamus: dñs mihi auxiliator, nec timebo, quid faciat mihi homo. Memores estote eorum qui præsunt uobis, qui locuti sunt uobis sermonem dei, quorū imitemini fidem, considerātes qui fuerit exitus conuersationis illorum. Iesus Christus heri & hodie, idem est etiā in secula. Doctrinis uarijs ac peregrinis ne circumferamini. Bonū est em̄, gratia cōstabiliri cor, nō escis quæ non profuerunt ijs qui uersati sunt in illis. Habemus altare, de quo non est fas edere, ijs qui tabernaculo deseruiunt. Animalium enim quorum sanguis infert pro peccato, in sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Quapropter & Iesus, ut sanctificaret per proprium sanguinē populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra,

opprobrium

τὸν ὀνειδισμὸν αὐτοῦ φέροντες. οὐ γὰρ ἔχομεν ὧδε μένουσαν πόλιν, ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν ἐπιζητοῦμεν. δι' αὐτοῦ οὖν ἀναφέρωμεν θυσίαν αἰνέσεως διὰ παντὸς τῷ θεῷ, τοῦτέστι καρπὸν χειλέων, ὁμολογούντων τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. τῆς δὲ εὐποιΐας καὶ κοινωνίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε. τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐαρεστεῖται ὁ θεός. πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ ὑπείκετε. αὐτοὶ γὰρ ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ὡς λόγον ἀποδώσοντες, ἵνα μετὰ χαρᾶς τοῦτο ποιῶσι, καὶ μὴ στενάζοντες. ἀλυσιτελὲς γὰρ ὑμῖν τοῦτο. προσεύχεσθε περὶ ἡμῶν, πεποίθαμεν γὰρ, ὅτι καλὴν συνείδησιν ἔχομεν ἐν πᾶσι καλῶς θέλοντες ἀναστρέφεσθαι. περισσοτέρως δὲ παρακαλῶ τοῦτο ποιῆσαι, ἵνα τάχιον ἀποκατασταθῶ ὑμῖν. ὁ δὲ θεὸς τῆς εἰρήνης, ὁ ἀναγαγὼν ἐκ νεκρῶν τὸν ποιμένα τῶν προβάτων τὸν μέγαν ἐν αἵματι διαθήκης αἰωνίου, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν, καταρτίσαι ὑμᾶς ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ, εἰς τὸ ποιῆσαι τὸ θέλημα αὐτοῦ, ποιῶν ἐν ὑμῖν τὸ εὐάρεστον ἐνώπιον αὐτοῦ, διὰ Ἰησοῦ χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, ἀνέχεσθε τοῦ λόγου τῆς παρακλήσεως. καὶ γὰρ διὰ βραχέων ἐπέσταλα ὑμῖν. γινώσκετε τὸν ἀδελφὸν Τιμόθεον ἀπολελυμένον, μεθ' οὗ, ἐὰν τάχιον ἔρχηται, ὄψομαι ὑμᾶς. ἀσπάσασθε πάντας τοὺς ἡγουμένους ὑμῶν, καὶ πάντας τοὺς ἁγίους. ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας. ἡ χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν.

Ἐγράφη ἀπὸ Ἰταλίας διὰ Τιμοθέου.

opprobriū eius portantes. Non enim habemus hic manentem ciuitatē, sed futurā inquirimus. Per ipsum igit' offerimus hostiam laudis semper deo, hoc est, fructū labiorum, confitentium nomini eius. Caterum beneficentiæ, & cōmunicatiōis ne obliuiscamini. Talibus enim uictimis placet deo. Parete ijs qui præsunt uobis, & concedite, siquidem illi uigilāt pro animabus uestris, tanquam rationem reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes. nam id est inutile uobis. Orate pro nobis, confidimus enim, quod bonam habemus cōscientiam inter omnes cupientes honeste conuersari. Magis autem obsecro uos, ut id faciatis, quo celerius restituar uobis. Deus autem pacis, qui reduxit à mortuis pastorem ouium illum magnum per sanguinem testamenti æterni, dominum nostrū Iesum, absolutos uos reddat in omni opere bono, ad faciendum uoluntatem ipsius, efficiens, ut quod agitis, acceptum sit in cōspectu suo per Iesum Christum, cui gloria in secula seculorum. Amen. Obsecro uos fratres, sufferte sermonem exhortationis. Etenim paucis scripsi uobis. Scitis fratrem nostrum Timotheum solutum esse, cum quo, si celerius uenerit, uisam uos. Salutate omnes qui præsunt uobis, & omnes sanctos. Salutāt uos Itali. Gratia cū omnibus uobis. Amen.

Missa ab Italia per Timotheum.

Digitized by Google

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΑΚΩΒΟΥ.

Αντιλω ωῆς ἐλλα τοῖς ἀπὸ τῶν δώδεκα φυλῶν διασπαρεῖσι, καὶ πιστεύουσιν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστόν. γράφει δὲ διδασκαλικὸν τὴν ωῆς ολὴν, διδάσκων περὶ διαφορᾶς πειρασμῶν, ποίων μέν ἐστιν ἀπὸ τοῦ θεοῦ, ποίους δὲ ἀπὸ τῆς ἰδίας κακίας τῶν ἀνθρώπων ἐστί. καὶ ὅτι οὐ λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ δεικνύναι τὴν πίστιν, καὶ οὐχ' οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ δικαιοῦνται. περί τε πλουσίων παραγγέλλει, ἵνα μὴ προκρίνωσι τῶν πτωχῶν οἱ πλούσιοι ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ωῆς πλησιάζωνται ὡς ὑπόφαοι. καὶ τέλος παραμυθούμενος τοὺς ἀδικουμένους, καὶ προτρεπόμενος αὐτοὺς μακροθυμεῖν, ἕως οὗ παρουσίας τοῦ κριτοῦ. καὶ διδάξας περὶ ὑπομονῆς ἐκ τοῦ ἰῶβ ὑποτίθησι καὶ χρόνον τῆς ὑπομονῆς, παραγγέλλει προσκαλεῖσθαι τοὺς πρεσβυτέρους ἐπὶ τοὺς ἀσθενοῦντας, καὶ εὐχάζεσθαι ἐπὶ τοῖς πλανηθέντας ἐπὶ τῆς ἀληθείας, εἶναι γὰρ τοῦτο μεθόδον πρὸς τοῦ κυρίου, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἐργάζεσθαι πλησίον τῶν ἐπισολέων.

IN EPISTOLAM IACOBI, ARGVMENTVM PER ERASMVM ROTERODAMVM.

Iacobus quoniam erat Hierosolymitarum episcopus, scribit & ceteris Iudæis, qui per omnes nationes sparsi habitabant, uarijs præceptis uitam illorum formans atq; instituens.

FINIS.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΑΚΩΒΟΥ.

Α'κωβος θεοῦ καὶ κυρίου Ἰησοῦ χριστοῦ δοῦλος, ταῖς δώδεκα φυλαῖς, ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ, χαίρειν. πᾶσαν χαρὰν ἡγήσασθε ἀδελφοί μου, ὅταν πειρασμοῖς περιπέσητε ποικίλοις. γινώσκοντες, ὅτι τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως κατεργάζεται ὑπομονήν. ἡ δὲ ὑπομονὴ ἔργον τέλειον ἐχέτω, ἵνα ἦτε τέλειοι καὶ ὁλόκληροι, ἐν μηδενὶ λειπόμενοι. εἰ δέ τις ὑμῶν λείπεται σοφίας, αἰτείτω παρὰ τοῦ διδόντος θεοῦ πᾶσιν ἁπλῶς, καὶ μὴ ὀνειδίζοντος, καὶ δοθήσεται αὐτῷ. αἰτείτω δὲ ἐν πίστει, μηδὲν διακρινόμενος. ὁ γὰρ διακρινόμενος ἔοικε κλύδωνι θαλάσσης ἀνεμιζομένῳ καὶ ῥιπιζομένῳ. μὴ γὰρ οἰέσθω ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος, ὅτι λήψεταί τι παρὰ τοῦ κυρίου. ἀνὴρ δίψυχος, ἀκατάστατος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ. καυχάσθω δὲ ὁ ἀδελφὸς ὁ ταπεινὸς, ἐν τῷ ὕψει αὐτοῦ. ὁ δὲ πλούσιος, ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ. ὅτι ὡς ἄνθος χόρτου παρελεύσεται. ἀνέτειλε γὰρ ὁ ἥλιος σὺν τῷ καύσωνι, καὶ ἐξήρανε τὸν χόρτον, καὶ τὸ ἄνθος αὐτοῦ ἐξέπεσε, καὶ ἡ εὐπρέπεια τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἀπώλετο

EPISTOLA BEATI IACOBI.

Iacobus dei ac domini Iesu Christi seruus, duodecim tribubus, quæ sūt in dispersione, salutē. Pro summo gaudio ducite fratres mei, quoties in tentationes incideretis uarias, illud sciētes, quod exploratio fidei uestræ parit patientiam. Cæterum patientia opus perfectum habeat, ut sitis perfecti, & integri, nullāque in parte diminuti. Quod si cui uestrū deest sapientia, postulet ab eo qui dat, nempe deo, qui dat inquam omnib⁹ simpliciter, nec exprobrat, ac dabitur ei. Sed postulet cum fiducia, nihil hæsitans. Nam qui hæsitat, is similis est fluctui maris, qui uentis agitur & impetu rapitur. Neq; enim existimet homo ille, se quicquam accepturum à domino. Vir animo duplici, inconstans est in omnibus uijs suis. Glorietur autem frater qui est humilis, in sublimitate sua, contra qui diues est, in humiliatione sui: quoniā ueluti flos herbæ præteribit. Exortus est em̄ sol cum æstu, & exaruit herba, & flos illi⁹ decidit, & decor aspect⁹ illi⁹ perijt,

ἀπώλετο. οὕτως καὶ ὁ πλούσιος ἐν ταῖς πορείαις αὐτοῦ μαρανθήσεται. μακάριος ἀνὴρ ὃς ὑπομένει πειρασμόν, ὅτι δόκιμος γενόμενος λήψεται τὸν στέφανον τῆς ζωῆς, ὃν ἐπηγγείλατο ὁ κύριος τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. μηδεὶς πειραζόμενος λεγέτω, ὅτι ἀπὸ θεοῦ πειράζομαι. ὁ γὰρ θεὸς ἀπείραστός ἐστι κακῶν, πειράζει δὲ αὐτὸς οὐδένα. ἕκαστος δὲ πειράζεται, ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος. εἶτα ἡ ἐπιθυμία συλλαβοῦσα τίκτει ἁμαρτίαν, ἡ δὲ ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα ἀποκύει θάνατον. μὴ πλανᾶσθε ἀδελφοί μου ἀγαπητοί. πᾶσα δόσις ἀγαθὴ καὶ πᾶν δώρημα τέλειον, ἄνωθέν ἐστι καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων, παρ' ᾧ οὐκ ἔνι παραλλαγὴ, ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα. βουληθεὶς ἀπεκύησεν ἡμᾶς λόγῳ ἀληθείας, εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀπαρχήν τινα τῶν αὐτοῦ κτισμάτων. ὥστε ἀδελφοί μου ἀγαπητοί, ἔστω πᾶς ἄνθρωπος ταχὺς εἰς τὸ ἀκοῦσαι, βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι, βραδὺς εἰς ὀργήν. ὀργὴ γὰρ ἀνδρὸς δικαιοσύνην θεοῦ οὐ κατεργάζεται. διὸ ἀποθέμενοι πᾶσαν ῥυπαρίαν καὶ περισσείαν κακίας, ἐν πραΰτητι δέξασθε τὸν ἔμφυτον λόγον, τὸν δυνάμενον σῶσαι τὰς ψυχὰς ὑμῶν. γίνεσθε δὲ ποιηταὶ λόγου, καὶ μὴ μόνον ἀκροαταὶ παραλογιζόμενοι ἑαυτούς. ὅτι εἴ τις ἀκροατὴς λόγου ἐστὶ καὶ οὐ ποιητὴς, οὗτος ἔοικεν ἀνδρὶ, κατανοοῦντι τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως αὐτοῦ ἐν ἐσόπτρῳ. κατενόησε γὰρ ἑαυτὸν καὶ ἀπελήλυθε, καὶ εὐθέως ἐπελάθετο ὁποῖος ἦν. ὁ δὲ παρακύψας εἰς νόμον τέλειον τὸν τῆς ἐλευθερίας, καὶ παραμείνας, οὗτος οὐκ ἀκροατὴς ἐπιλησμονῆς γενόμενος, ἀλλὰ ποιητὴς ἔργου, οὗτος μακάριος ἐν τῇ ποιήσει αὐτοῦ ἔσται. εἴ τις δοκεῖ θρησκὸς εἶναι ἐν ὑμῖν, μὴ χαλιναγωγῶν γλῶσσαν ἑαυτοῦ, ἀλλὰ ἀπατῶν καρδίαν αὐτοῦ, τούτου μάταιος ἡ θρησκεία. θρησκεία καθαρὰ καὶ ἀμίαντος παρὰ τῷ θεῷ καὶ πατρί ἐστιν, αὕτη, ἐπισκέπτεσθαι ὀρφανοὺς καὶ χήρας

perijt. Sic & diues in uijs ſuis marceſcet. Beatus uir qui ſuffert tentationem: quoniam cum probatus erit, accipiet coronam uitæ: quam promiſit dominus ijs, à quibus fuerit dilectus. Ne quis cum tentatur, dicat ſe à deo tentari. Nam deus ut malis tentari non poteſt, ita nec ipſe quenquam tentat. Imò unuſquiſque tentatur, dum à propria cõcupiſcentia abſtrahitur & inelcatur. Deinde concupiſcentia poſteaquam cõcepit, parit peccatum: peccatum uero perfectum progignit mortem. Ne erretis fratres mei dilecti. Omnis donatio bona, & omne donum perfectum, è ſupernis eſt deſcendens à patre luminũ, apud quem non eſt tranſmutatio aut conuerſionis obumbratio. Is deſtinata uoluntate progenuit nos ſermone ueritatis, ut eſſemus primitiæ quædam ſuarum creaturarum. Itaq; fratres mei dilecti, ſit omnis homo uelox ad audiendum, tardus ad loquẽdum, tardus ad iram. Nã ira uiri iuſticiam dei non efficit. Quapropter depoſita omni immundicia & redundantia maliciæ, cum manſuetudine recipite inſitum ſermonẽ, qui poteſt ſaluas reddere animas ueſtras. Sitis autem effectores ſermonis, & non auditores tantum, fallentes uoſmetipſos. Quoniam ſi quis audiat ſermonem, nec eum factis exprimat, hic ſimilis eſt uiro conſideranti faciem natiuitatis ſuæ in ſpeculo. Conſiderauit enim ſeipſum, & abijt, & continuo oblitus eſt qualis eſſet. At qui proſpexerit in legem perfectam, quæ eſt libertatis & permanſerit, hic cum ſit non auditor obliuioſus, ſed effector operis, beatus facto ſuo erit. Si quis uidetur religioſus eſſe inter uos, qui non frenat linguam ſuam, ſed aberrare ſinit cor ſuum, huius uana eſt religio. Religio pura & immaculata apud deum & patrem hæc eſt, inuiſere orphanos & ui-

ρας ἐν τῇ θλίψει αὐτῶν, ἄσπιλον ἑαυτὸν τη-
ρεῖν ἀπὸ τοῦ κόσμου.

Ἀδελφοί μου μὴ ἐν προσωποληψίαις
ἔχετε τὴν πίστιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χρι-
στοῦ τῆς δόξης. Ἐὰν γὰρ εἰσέλθῃ εἰς τὴν συ-
ναγωγὴν ὑμῶν ἀνὴρ χρυσοδακτύλιος ἐν
ἐσθῆτι λαμπρᾷ, εἰσέλθῃ δὲ καὶ πτωχὸς ἐν
ῥυπαρᾷ ἐσθῆτι, καὶ ἐπιβλέψητε ἐπὶ τὸν φοροῦν-
τα τὴν ἐσθῆτα τὴν λαμπρὰν, καὶ εἴπητε
αὐτῷ, σὺ κάθου ὧδε καλῶς, καὶ τῷ πτω-
χῷ εἴπητε, σὺ στῆθι ἐκεῖ, ἢ κάθου ὧδε ὑπὸ τὸ
ὑποπόδιόν μου, καὶ οὐ διεκρίθητε ἐν ἑαυ-
τοῖς, καὶ ἐγένεσθε κριταὶ διαλογισμῶν
πονηρῶν. ἀκούσατε ἀδελφοί μου ἀγαπητοί.
οὐχ' ὁ θεὸς ἐξελέξατο τοὺς πτωχοὺς τῷ κό-
σμου τούτου, πλουσίους ἐν πίστει, καὶ κλη-
ρονόμους τῆς βασιλείας, ἧς ἐπηγγείλατο τοῖς
ἀγαπῶσιν αὐτόν; ὑμεῖς δὲ ἠτιμάσατε τὸν
πτωχόν. οὐχὶ οἱ πλούσιοι καταδυναστεύου-
σιν ὑμῶν, καὶ αὐτοὶ ἕλκουσιν ὑμᾶς εἰς κρι
τήρια; οὐκ αὐτοὶ βλασφημοῦσι τὸ καλὸν
ὄνομα τὸ ἐπικληθὲν ἐφ' ὑμᾶς· εἰ μέν τοι νό
μον τελεῖτε βασιλικὸν κατὰ τὴν γρα-
φήν, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυ
τόν, καλῶς ποιεῖτε. εἰ δὲ προσωποληπτεῖ-
τε, ἁμαρτίαν ἐργάζεσθε, ἐλεγχόμενοι ὑπὸ
τοῦ νόμου, ὡς παραβάται. ὅστις γὰρ ὅλον τὸν
νόμον τηρήσῃ, πταίσῃ δὲ ἐν ἑνί, γέγονε πάν
των ἔνοχος. ὁ γὰρ εἰπὼν, μὴ μοιχεύσῃς,
εἶπε καὶ, μὴ φονεύσῃς. εἰ δὲ οὐ μοιχεύσῃς, φο
νεύσῃς δὲ, γέγονας παραβάτης νόμου. οὕτω
λαλεῖτε, καὶ οὕτως ποιεῖτε, ὡς διὰ νόμου
ἐλευθερίας μέλλοντες κρίνεσθαι. ἡ γὰρ κρί
σις ἀνίλεως τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεος. καὶ κα
τακαυχᾶται ἔλεος κρίσεως. τί τὸ ὄφελος
ἀδελφοί μου, ἐὰν πίστιν λέγῃ τις ἔχειν, ἔρ
γα δὲ μὴ ἔχῃ; μὴ δύναται ἡ πίστις σῶσαι
αὐτόν; ἐὰν δὲ ἀδελφὸς ἢ ἀδελφὴ γυμνοὶ
ὑπάρχωσι, καὶ λειπόμενοι ὦσι τῆς ἐφημέ-
ρου τροφῆς, εἴπῃ δέ τις αὐτοῖς ἐξ ὑμῶν,
ὑπάγετε ἐν εἰρήνῃ, θερμαίνεσθε καὶ χορτά
ζεσθε

duas in afflictione ſua, immaculatum ſe ipſum ſeruare à mundo.

Fratres mei, ne cum reſpectu perſonarũ habeatis fidem domini noſtri Ieſu Chriſti ex opinione. Nam ſi ingrediatur in cœtum ueſtrum uir aureum geſtãs anulum, ueſte indutus ſplendida, ingrediatur autẽ & pauper in ſordida ueſte, & reſpexeritis ad illum qui ueſtem geſtat ſplendidam, & dixeritis illi, tu ſede hic bene, & pauperi dicatis, tu ſta illic, aut ſede hic ſubter ſcabellum meũ, & nõ dijudicati eſtis in uobiſipſis, & facti eſtis iudices cogitationum malarũ. Audite fratres mei dilecti, nónne deus elegit pauperes mundi huius, diuites in fide, & hæredes regni, quod promiſit ijs, à quibus dilectus fuerit? Vos autem cõtemptui habuiſtis pauperem. Nónne diuites tyrãnidem exercent in uos, & ijdẽ trahunt uos ad tribunalia? Et ijdem male loquunt de bono nomine quod inuocatum eſt ſuper uos? Si legem quidem regiam perficitis iuxta ſcripturam, diliges proximũ tuũ ſicut teipſum, bene facitis: ſin uero perſonam reſpicitis, peccatum cõmittitis, & redarguimini à lege ueluti tranſgreſſores. Quiſquis enim totã legem ſeruauerit, offenderit autem in uno, factus eſt omniũ reus. Nã qui dixit, ne mœcheris, dixit etiam, ne occidas. Quod ſi nõ fueris mœchatus, occideris tamen, factus es tranſgreſſor legis. Ita loquamini, & ita faciatis ueluti per legem libertatis iudicandi. Siquidem iudicium abſq; miſericordia erit ei, qui non præſtiterit miſericordiã. Et gloriatur miſericordia aduerſus iudicium. Quæ utilitas fratres mei, ſi fidem dicat aliquis habere ſe, facta uero nõ habeat? Num poteſt fides ſaluũ facere illũ? Quod ſi frater aut ſoror nudi fuerint, & egẽtes quotidiano uictu, dicat aũt aliqs ueſtrũ illis, abite cũ pace, caleſcite & ſaturamini

II

ζεσθε, μὴ δῶμεν δὲ αὐτοῖς τὰ ἐπιτήδεια τοῦ σώματος, τί τὸ ὄφελος; οὕτως καὶ ἡ πίστις, ἐὰν μὴ ἔργα ἔχῃ, νεκρά ἐστι καθ' ἑαυτήν. ἀλλ' ἐρεῖ τίς, σὺ πίστιν ἔχεις, κἀγὼ ἔργα ἔχω. δεῖξόν μοι τὴν πίστιν σου ἐκ τῶν ἔργων σου, κἀγώ σοι δείξω ἐκ τῶν ἔργων μου τὴν πίστιν μου. σὺ πιστεύεις, ὅτι ὁ θεὸς εἷς ἐστι; καλῶς ποιεῖς. καὶ τὰ δαιμόνια πιστεύουσι, καὶ φρίσσουσι. θέλεις δὲ γνῶναι ὦ ἄνθρωπε κενέ, ὅτι ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστιν; Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ἡμῶν οὐκ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ἀνενέγκας Ἰσαὰκ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον; βλέπεις, ὅτι ἡ πίστις συνήργει τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῶν ἔργων ἡ πίστις ἐτελειώθη; καὶ ἐπληρώθη ἡ γραφὴ, ἡ λέγουσα· ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, καὶ φίλος θεοῦ ἐκλήθη. ὁρᾶτε ἄρα ὅτι ἐξ ἔργων δικαιοῦται ἄνθρωπος, καὶ οὐκ ἐκ πίστεως μόνον; ὁμοίως δὲ καὶ Ῥαὰβ ἡ πόρνη, οὐκ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ὑποδεξαμένη τοὺς ἀγγέλους, καὶ ἑτέρᾳ ὁδῷ ἐκβαλοῦσα; ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα χωρὶς πνεύματος νεκρόν ἐστιν, οὕτως καὶ ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστι.

Μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε ἀδελφοί μου, εἰδότες, ὅτι μεῖζον κρίμα ληψόμεθα. πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες. εἴ τις ἐν λόγῳ οὐ πταίει, οὗτος τέλειος ἀνήρ, δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι καὶ ὅλον τὸ σῶμα. ἰδοὺ τῶν ἵππων τοὺς χαλινοὺς εἰς τὰ στόματα βάλλομεν, πρὸς τὸ πείθεσθαι αὐτοὺς ἡμῖν, καὶ ὅλον τὸ σῶμα αὐτῶν μετάγομεν. ἰδοὺ καὶ τὰ πλοῖα τηλικαῦτα ὄντα, καὶ ὑπὸ σκληρῶν ἀνέμων ἐλαυνόμενα, μετάγεται ὑπὸ ἐλαχίστου πηδαλίου, ὅπου ἂν ἡ ὁρμὴ τοῦ εὐθύνοντος βούληται. οὕτως καὶ ἡ γλῶσσα μικρὸν μέλος ἐστὶ, καὶ μεγαλαυχεῖ. ἰδοὺ ὀλίγον πῦρ ἡλίκην ὕλην ἀνάπτει. καὶ ἡ γλῶσσα πῦρ, ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας, οὕτως ἡ γλῶσσα καθίσταται ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, ἡ σπιλοῦσα ὅλον τὸ σῶμα, καὶ φλογίζουσα

mini: non tamen dederitis illis, quæ sunt necessaria corpori, quæ erit utilitas? Sic & fides si facta non habuerit, mortua est per se. Sed dicet aliquis, tu fidem habes, & ego facta habeo. Ostende mihi fidem tuam ex factis tuis, & ego ostendam tibi ex factis meis fidem meam. Tu credis quod deus unus est? Recte facis. Et dæmonia credũt, ac contremiscunt. Vis uero scire ó homo inanis, quod fides absq; factis mortua sit? Abraham pater noster nónne ex factis iustificatus est, cum obtulisset Isaac filium suum super altare? Vides, quod fides adiumento fuerit factis illi⁹, & ex factis fides pfecta fuerit? Et impleta est scriptura, quæ dicit: Credidit Abraham deo, & imputatum est illi ad iusticiam, & amicus dei uocatus est. Videtis igitur quod ex factis iustificetur homo, & non ex fide tantum? Si militer aũt & Rhaab meretrix, an non ex factis iustificata est cũ excepisset nuncios, & alia uia emisisset? Nam quemadmodũ corpus absque spiritu mortuum est, ita & fides absq; factis mortua est.

Nolite plures magistri fieri fratres mei, III
sciẽtes quod maius iudicium sumpturi simus. In multis enim labimur omnes. Si quis in sermone non labitur, hic perfectus est uir, qui possit freno moderari totum etiam corpus. Ecce equis frena in ora immittimus, ut obediant nobis, & totum corpus illorũ circumagimus. Ecce naues quoque cum tantæ sint, & à uentis sæuis agantur, circumaguntur à minimo gubernaculo, quocunque impetus dirigentis uoluerit. Ita & lingua pusillum membrum est, & magna iactat. Ecce exiguus ignis quãtã materiã incẽdit. Et lingua ignis est, mũdus iniquitatis, sic lingua cõstituit in membris nostris, quæ maculat totũ corpus, & inflã-

τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως, καὶ φλογιζόμενος ὑπὸ τῆς γεέννης. πᾶσα γὰρ φύσις θηρίων τε καὶ πετεινῶν, ἑρπετῶν τε καὶ ἐναλίων δαμάζεται καὶ δεδάμασται τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ. τὴν δὲ γλῶσσαν οὐδεὶς δύναται ἀνθρώπων δαμάσαι, ἀκατάσχετον κακόν, μεστὴ ἰοῦ θανατφόρου. ἐν αὐτῇ εὐλογοῦμεν τὸν θεὸν καὶ πατέρα, καὶ ἐν αὐτῇ καταρώμεθα τοὺς ἀνθρώπους, τοὺς καθ' ὁμοίωσιν θεοῦ γεγονότας. ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος ἐξέρχεται εὐλογία καὶ κατάρα. οὐ χρή, ἀδελφοί μου ταῦτα οὕτως γίνεσθαι. μήτι ἡ πηγὴ ἐκ τῆς αὐτῆς ὀπῆς βρύει τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρόν; μὴ δύναται, ἀδελφοί μου, συκῆ ἐλαίας ποιῆσαι; ἢ ἄμπελος σῦκα; οὕτως οὐδὲ μία πηγὴ ἁλυκὸν καὶ γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ. τίς σοφὸς καὶ ἐπιστήμων ἐν ὑμῖν; δειξάτω ἐκ τῆς καλῆς ἀναστροφῆς τὰ ἔργα αὐτοῦ, ἐν πραΰτητι σοφίας. εἰ δὲ ζῆλον πικρὸν ἔχετε, καὶ ἐριθείαν ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν, μὴ κατακαυχᾶσθε, καὶ ψεύδεσθε κατὰ τῆς ἀληθείας. οὐκ ἔστιν αὕτη ἡ σοφία ἄνωθεν κατερχομένη, ἀλλὰ ἐπίγειος, ψυχική, δαιμονιώδης. ὅπου γὰρ ζῆλος καὶ ἐριθεία, ἐκεῖ ἀκαταστασία, καὶ πᾶν φαῦλον πρᾶγμα. ἡ δὲ ἄνωθεν σοφία, πρῶτον μὲν ἁγνή ἐστιν, ἔπειτα εἰρηνική, ἐπιεικής, εὐπειθής, μεστὴ ἐλέους καὶ καρπῶν ἀγαθῶν, ἀδιάκριτος καὶ ἀνυπόκριτος, καρπὸς δὲ τῆς δικαιοσύνης ἐν εἰρήνῃ σπείρεται τοῖς ποιοῦσιν εἰρήνην.

Πόθεν πόλεμοι καὶ μάχαι ἐν ὑμῖν; οὐκ ἐντεῦθεν, ἐκ τῶν ἡδονῶν ὑμῶν, τῶν στρατευομένων ἐν τοῖς μέλεσιν ὑμῶν; ἐπιθυμεῖτε, καὶ οὐκ ἔχετε. φονεύετε καὶ ζηλοῦτε, καὶ οὐ δύνασθε ἐπιτυχεῖν. μάχεσθε καὶ πολεμεῖτε. οὐκ ἔχετε, διὰ τὸ μὴ αἰτεῖσθαι ὑμᾶς. αἰτεῖτε καὶ οὐ λαμβάνετε, διότι κακῶς αἰτεῖσθε, ἵνα ἐν ταῖς ἡδοναῖς ὑμῶν δαπανήσητε. μοιχοὶ καὶ μοιχαλίδες, οὐκ οἴδατε, ὅτι ἡ φιλία τοῦ κόσμου ἔχθρα τοῦ θεοῦ ἐστιν; ὃς ἂν βουληθῇ φίλος εἶναι τοῦ κόσμου

EPISTOLA

mat rotã natiuitatis, & inflammat à gehẽna. Omnis enim natura & ferarum & uolucrum, serpentiumq́, & marinorũ domatur, & domita est à natura humana. Linguam aũt nullus hominũ domare potest, incoërcibile malum, plena ueneno mortifero. Per ipsam benedicimus deo & patri, & p ipsam meledicimus hominibus, q ad similitudinẽ dei cõditi sunt. Ex eodẽ ore p cedit bñdictio & maledictio. Nõ oportet fratres mei hæc ita fieri. Nunquid fons ex eodẽ foramine emittit dulcem & amaram aquam? Nunquid potest fratres mei, ficus oleas gignere, aut uitis ficus? Sic nullꝰ fõs salsam ac dulcem potest ædere aquam. Quis sapiens & scientia præditus inter uos? Ostendat ex bona conuersatione opa sua cũ mansuetudine sapientiæ. Quod si æmulationem amaram habetis, & contentionẽ in corde uestro, nolite gloriari & mẽdaces esse aduersus ueritatem. Nõ est enim ista sapientia è supernis descendens, sed terrena, animalis, dæmoniaca. Vbi enim æmulatio & contentio, ibi incõstantia & omne opus prauũ. Quæ autem è supernis est sapientia, primum quidem casta est, deinde pacifica, modesta, tractabilis, plena misericordia & fructibus bonis, absq́ dijudicatione, sine simulatione. Fructus aũt iusticiæ in pace seminatur, facientibus pacem.

Vnde bella & lites in uobis? Nõne hinc? IIII
nimirũ ex uoluptatibus uestris, quæ militant in mẽbris uestris? Concupiscitis & nõ habetis, inuidetis & æmulamini, & nõ potestis adipisci. pugnatis & bellatis. non habetis, propterea q nõ postulatis. Petitis & nõ accipitis, eo q male petatis, ut in uoluptatibus uestris insumatis. Adulteri & adulteræ nescitis, q amicitia mũdi, inimicitia est cũ deo? Quicũq ergo uoluerit amicꝰ esse mũdi

βαλε τῶ κόσμῳ, ἐχθρὸς τῶ θεοῦ καθίσα-
ται. ἢ δοκεῖτε, ὅτι κενῶς ἡ γραφὴ λέγει.
πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα, ὃ κα-
τῴκισεν ἐν ἡμῖν. μείζονα δὲ δίδωσι χά-
ριν. ὑποτάγητε οὖν τῶ θεῶ, ἀντίστητε δὲ
τῶ διαβόλῳ, καὶ φεύξεται ἀφ' ὑμῶν. ἐγγί-
σατε τῶ θεῶ, καὶ ἐγγιεῖ ὑμῖν. καθαρίσατε χεῖρας ἁμαρτωλοί, καὶ ἁγνίσατε
καρδίας δίψυχοι. ταλαιπωρήσατε, καὶ
πενθήσατε, καὶ κλαύσατε, ὁ γέλως ὑ-
μῶν εἰς πένθος μετασχαφήτω, καὶ ἡ
χαρὰ εἰς κατήφεια. ταπεινώθητε ἐνώ-
πιον τοῦ κυρίου, καὶ ὑψώσει ὑμᾶς. μὴ κα-
ταλαλεῖτε ἀλλήλων ἀδελφοί. ὁ κατα-
λαλῶν ἀδελφοῦ, καὶ κρίνων τὸν ἀδελ-
φὸν αὐτοῦ, καταλαλεῖ νόμου, καὶ κρίνει νό-
μον. εἰ δὲ νόμον κρίνεις, οὐκ εἶ ποιητὴς νό-
μου, ἀλλὰ κριτής. εἷς ἐστιν ὁ νομοθέτης, ὁ
δυνάμενος σῶσαι καὶ ἀπολέσαι. σὺ τίς
εἶ, ὃς κρίνεις τὸν ἕτερον; ἄγε νῦν οἱ λέγον-
τες, σήμερον καὶ αὔριον πορευσόμεθα εἰς
τήνδε τὴν πόλιν, καὶ ποιήσομεν ἐκεῖ ἐνι-
αυτὸν ἕνα, καὶ ἐμπορευσόμεθα, καὶ κερ-
δήσομεν, οἵτινες οὐκ ἐπίστασθε τὸ τῆς αὔ-
ριον. ποία γὰρ ἡ ζωὴ ὑμῶν; ἀτμὶς γάρ
ἐστιν ἡ πρὸς ὀλίγον φαινομένη, ἔπειτα δὲ
ἀφανιζομένη, ἀντὶ τοῦ λέγειν ὑμᾶς. ἐὰν
ὁ κύριος θελήσῃ, καὶ ζήσομεν, καὶ ποι-
ήσομεν τοῦτο ἢ ἐκεῖνο. νῦν δὲ καυχᾶσθε
ἐν ταῖς ἀλαζονείαις ὑμῶν. πᾶσα καύ-
χησις τοιαύτη πονηρά ἐστιν. εἰδότι οὖν
καλὸν ποιεῖν, καὶ μὴ ποιοῦντι, ἁμαρτία
αὐτῷ ἐστιν. Ἄγε νῦν οἱ πλούσιοι, κλαύσα-
τε ὀλολύζοντες ἐπὶ ταῖς ταλαιπωρίαις ὑ-
μῶν ταῖς ἐπερχομέναις. ὁ πλοῦτος ὑμῶν σή-
πεται, τὰ ἱμάτια ὑμῶν σητόβρωτα γέγο-
νεν. ὁ χρυσὸς ὑμῶν, καὶ ὁ ἄργυρος κατίωται,
καὶ ὁ ἰὸς αὐτῶν εἰς μαρτύριον ὑμῖν ἔσται, καὶ φά-
γεται τὰς σάρκας ὑμῶν, ὡς πῦρ. ἐθησαυρίσατε
ἐν ἐσχάταις ἡμέραις. ἰδοὺ ὁ μισθὸς τῶν ἐρ-

se mundi, inimicus dei constituitur. An putatis quod inaniter scriptura dicat: Ad inuidiã concupiscit spiritus qui habitauit in nobis? Maiorem autem dat gratiam. Subditi ergo estote deo, resistite autem diabolo, & fugiet à uobis. Appropinquate deo, & appropinquabit uobis. Emundate manus ó peccatores, & purificate corda dupli ces animo. Affligimini & lugete & plorate. risus uester in luctum conuertat, & gaudium in mœrorem. Humiles uos reddite in conspectu domini, & eriget uos. Nolite detrahere uobis inuicem fratres. Qui detrahit fratri, quiq; iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legem. Quod si iudicas legem, non es obseruator legis, sed iudex. Vnus est legislator, qui potest seruare & perdere. Tu quis es qui iudicas aliũ? Age nunc qui dicitis: hodie & cras eamus in hanc ciuitatem, & faciamus ibi annum unum, & mercemur, & lucrum faciamus: qui ignoratis, quid futurum sit postero die. Quæ est enim uita uestra? Vapor enim est, qui ad exiguum tempus apparet, & deinde euanescit: pro eo quod dicere debueritis, si dominus uoluerit, & si uixerimus, faciamus hoc aut illud. Nunc autem exultatis in superbijs uestris. Omnis exultatio talis mala est. Igitur qui nouerit recte facere, nec facit, hic peccato tenetur.

Agite nunc diuites, plorate, ululantes super miserijs uestris, quæ aduenient uobis. Diuitiæ uestræ putrefactæ sunt, uestimenta uestra tineis obnoxia facta sunt. Aurum & argentum uestrum erugine uiciatum est, & erugo eorum in testimonium uobis erit, & exedit carnes uestras sicut ignis. Thesaurum congessistis in extremis diebus. Ecce merces operariorum

τῶν ἀμησάντων τὰς χώρας ὑμῶν, ὁ ἀπε-
στερημένος ἀφ' ὑμῶν κράζει. καὶ αἱ βοαὶ τῶν
θερισάντων εἰς τὰ ὦτα κυρίου Σαβαὼθ εἰσή-
λυθασιν. ἐτρυφήσατε ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐσπα-
ταλήσατε. ἐθρέψατε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς
ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς. κατεδικάσατε, ἐφονεύσα-
τε τὸν δίκαιον, οὐκ ἀντιτάσσεται ὑμῖν. μακρο-
θυμήσατε οὖν ἀδελφοί ἕως τῆς παρουσίας τοῦ
κυρίου. ἰδοὺ ὁ γεωργὸς ἐκδέχεται τὸν τίμιον
καρπὸν τῆς γῆς, μακροθυμῶν ἐπ' αὐτῷ, ἕως
λάβῃ ὑετὸν πρώϊμον καὶ ὄψιμον. μακροθυ-
μήσατε καὶ ὑμεῖς, στηρίξατε τὰς καρδίας ὑ-
μῶν, ὅτι ἡ παρουσία τοῦ κυρίου ἤγγικε. μὴ στε-
νάζετε κατ' ἀλλήλων ἀδελφοί, ἵνα μὴ κατα-
κριθῆτε. ἰδοὺ ὁ κριτὴς πρὸ τῶν θυρῶν ἕστη-
κεν. ὑπόδειγμα λάβετε τῆς κακοπαθείας
ἀδελφοί μου, καὶ τῆς μακροθυμίας τοὺς
προφήτας, οἳ ἐλάλησαν τῷ ὀνόματι κυ-
ρίου. ἰδοὺ μακαρίζομεν τοὺς ὑπομείναντας.
τὴν ὑπομονὴν Ἰὼβ ἠκούσατε, καὶ τὸ τέλος
κυρίου εἴδετε, ὅτι πολύσπλαγχνός ἐστιν ὁ
κύριος καὶ οἰκτίρμων. πρὸ πάντων δέ ἀδελ-
φοί μου, μὴ ὀμνύετε, μήτε τὸν οὐρανὸν, μήτε
τὴν γῆν, μήτε ἄλλον τινὰ ὅρκον. ἤτω δὲ ὑ-
μῶν τὸ ναὶ, ναὶ, καὶ τὸ οὒ, οὔ, ἵνα μὴ εἰς ὑπό-
κρισιν πέσητε. κακοπαθεῖ τις ἐν ὑμῖν;
προσευχέσθω. εὐθυμεῖ τις; ψαλλέτω. ἀσθε-
νεῖ τις ἐν ὑμῖν; προσκαλεσάσθω τοὺς πρεσβυ-
τέρους τῆς ἐκκλησίας, καὶ προσευξάσθωσαν
ἐπ' αὐτὸν, ἀλείψαντες αὐτὸν ἐλαίῳ ἐν τῷ
ὀνόματι τοῦ κυρίου. καὶ ἡ εὐχὴ τῆς πίστε-
ως σώσει τὸν κάμνοντα, καὶ ἐγερεῖ αὐτὸν
ὁ κύριος, κἂν ἁμαρτίας ᾖ πεποιηκώς, ἀφε-
θήσεται αὐτῷ. Ἐξομολογεῖσθε ἀλλήλοις
τὰ παραπτώματα, καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ ἀλλή-
λων, ὅπως ἰαθῆτε. πολὺ ἰσχύει δέησις δι-
καίου ἐνεργουμένη. Ἠλίας ἄνθρωπος ἦν ὁ-
μοιοπαθὴς ἡμῖν, καὶ προσευχῇ προσηύξα-
το τοῦ μὴ βρέξαι, καὶ οὐκ ἔβρεξεν ἐπὶ τῆς
γῆς, ἐνιαυτοὺς τρεῖς καὶ μῆνας ἕξ. Καὶ πάλιν
προσηύξατο

riorum qui meſſuerunt regiones ueſtras, quæ fraude non reddita eſt à uobis, damat. & clamores eorum qui meſſuerant, in aures domini ſabaoth introierunt. In deliciis uixiſtis ſuper terram, & laſciuiſtis, enutriſtis corda ueſtra, ut in die occiſionis. Condemnaſtis, & occidiſtis iuſtum, & non reſiſtit uobis. Patientes igitur eſtote fratres uſque ad aduentũ domini. Ecce agricola expectat precioſum fructum terræ, patienter expectans illum, donec accipiat pluuiam tempeſtiuam & ſerotinam. Patiẽtes igitur eſtote & uos, & confirmate corda ueſtra, quoniã aduentus domini appropinquat. Nolite ingemiſcere alius aduerſus aliũ fratres, ut ne condemnemini. Ecce iudex ante ianuam aſſiſtit. Exemplum accipite fratres mei, afflictionis ac patiẽtiæ prophetas, qui locuti ſunt in nomine domini. Ecce beatos ducimus eos qui ſuſtinent. Tolerantiam Iob audiſtis, & finẽ domini uidiſtis, quod ualde miſericors ſit dominus ac commiſerans. Ante omnia autem fratres mei, nolite iurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcunq; iuſiurandũ. Sit autẽ ueſtrũ eſt, eſt: non, non, ut ne in ſimulationem incidatis. Affligitur aliquis inter uos? oret. Aequo animo eſt aliquis? pſallat. Infirmatur quis inter uos? accerſat preſbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eũ, ungentes eum oleo in nomine domini. Et obſecratio fidei ſaluum reddet laborantem, & eriget eum dominus: & ſi in peccatis fuerit, remittentur ei. Confitemini inuicem alius aliũ delicta, & orate pro uobis inuicem, ut ſani ſitis. Multum enim ualet deprecatio iuſti efficax. Helias homo erat ſimiliter obnoxius affectionibus ut nos, & precatione precatus eſt ne plueret: & non pluit ſup terrã annos tres & mẽſes ſex. Et rurſũ

orauit,

θεῷ καὶ τῷ ἀρνίῳ, καὶ ἐν τῷ στόματι αὐτῶν οὐκ
εὑρέθη δόλος, ἄμωμοι γάρ εἰσιν ἐνώπιον τοῦ
θρόνου τοῦ θεοῦ. καὶ εἶδον ἄγγελον πετώμενον
ἐν μεσουρανήματι, ἔχοντα εὐαγγέλιον αἰώνι-
ον εὐαγγελίσαι τοὺς καθημένους τοὺς κατοι-
κοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ πᾶν ἔθνος, καὶ φυλήν,
καὶ γλῶσσαν, καὶ λαόν, λέγοντα ἐν φωνῇ με-
γάλῃ. φοβεῖσθε τὸν θεὸν, καὶ δότε αὐτῷ
δόξαν, ὅτι ἦλθεν ἡ ὥρα τῆς κρίσεως αὐτοῦ, καὶ
προσκυνήσατε τῷ ποιήσαντι τὸν οὐρανὸν
καὶ τὴν γῆν, καὶ θάλασσαν, καὶ πηγὰς ὑδά-
των.

quæ habet plagam gladij, & uixit. Et da
tum est illi ut daret spiritum imagini be-
stiæ, & ut loquatur imago bestiæ, & faci-
et ut quicunq; non adorauerint imaginē
bestiæ occidantur. Et facit omnes pusil-
los, & magnos, & diuites, & pauperes, &
liberos, & seruos accipere characterem in
manu sua dextera, aut in frontibus suis.
Et ne quis possit emere aut uendere, nisi
qui habeat characterē, aut nomē bestiæ,
aut numerū nominis eius. Hic sapientia
est. Qui habet intellectū, computet nu-
merū bestiæ. Numerus em̄ hominis est,
& numerus eius sexcenti sexaginta sex.

Et uidi, & ecce agnus stans super mon XIIII
tem Sion, & cum eo centum quadragin-
taquatuor milia habentia nomen patris
eius scriptum in frontibus suis. Et audi-
ui uocem de cœlo tanquam uocē aqua-
rum multarum, & tanquam uocem toni
trui magni, & uocem audiui citharœdo-
rum citharizantium citharis suis. Et can-
tant quasi canticum nouum ante sedem
& ante quatuor animalia, & seniores, &
nemo poterat discere canticum, nisi illa
centum quadragintaquatuor milia, qui
empti sunt de terra. Hi sunt qui cum
mulieribus non sunt coīnquinati, uirgi-
nes enim sunt. Hi sequuntur agnū quo-
cunque ierit. Hi empti sunt ex homini-
bus primitiæ deo & agno, & in ore eo-
rum non est inuentus dolus. Sine macu-
la enim sunt ante thronum dei. Et uidi
alterum angelum uolantem per mediū
cœli, habentem euangelium æternum, ut
euangelizaret habitātibus super terram,
& omni genti & tribui, & linguæ & po-
pulo, dicentem magna uoce: Timete de-
um, & date illi honorem, quia uenit ho-
ra iudicij eius: & adorate eum, qui fecit
cœlum & terram, mare & fontes aqua-
rum.

Digitized by Google

τῶν. Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἠκολούθησεν, λέγων. Ἔπεσεν ἔπεσε Βαβυλὼν ἡ πόλις ἡ μεγάλη, ὅτι ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς πορνείας αὐτῆς πεπότικεν πάντα τὰ ἔθνη. Καὶ τρίτος ἄγγελος ἠκολούθησεν αὐτοῖς, λέγων ἐν φωνῇ μεγάλῃ, Εἴ τις προσκυνεῖ τὸ θηρίον καὶ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ λαμβάνει χάραγμα ἐπὶ τοῦ μετώπου αὐτοῦ, ἢ ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς πίεται ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τοῦ θεοῦ, τοῦ κεκερασμένου ἀκράτου ἐν τῷ ποτηρίῳ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ. Καὶ βασανισθήσεται ἐν πυρὶ καὶ θείῳ, ἐνώπιον ἀγγέλων τῶν ἁγίων, καὶ ἐνώπιον τοῦ ἀρνίου. Καὶ ὁ καπνὸς τοῦ βασανισμοῦ αὐτῶν ἀναβαίνει εἰς αἰῶνα αἰώνων. καὶ οὐκ ἔχουσιν ἀνάπαυσιν ἡμέρας καὶ νυκτὸς οἱ προσκυνοῦντες τὸ θηρίον καὶ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ εἴ τις λαμβάνει χάραγμα τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Ὧδε ὑπομονὴ τῶν ἁγίων ἐστίν, ὧδε οἱ τηροῦντες τὰς ἐντολὰς καὶ τὴν πίστιν Ἰησοῦ. Καὶ ἤκουσα φωνῆς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λεγούσης μοι. Γράψον, μακάριοι οἱ νεκροὶ, οἱ ἐν κυρίῳ ἀποθνήσκοντες ἀπάρτι. Ναὶ, λέγει τὸ πνεῦμα, ἵνα ἀναπαύσονται ἐκ τῶν κόπων αὐτῶν, τὰ δὲ ἔργα ἀκολουθεῖ μετ' αὐτῶν. Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ νεφέλη λευκὴ, καὶ ἐπὶ τὴν νεφέλην καθήμενος ὅμοιος υἱῷ ἀνθρώπου, ἔχων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ στέφανον χρυσοῦν, καὶ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ δρέπανον ὀξύ. Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ναοῦ, κράζων ἐν μεγάλῃ τῇ φωνῇ τῷ καθημένῳ ἐπὶ τῆς νεφέλης. Πέμψον τὸ δρέπανόν σου, καὶ θέρισον, ὅτι ἦλθέ σοι ἡ ὥρα θερίσαι, ὅτι ἐξηράνθη ὁ θερισμὸς τῆς γῆς. Καὶ ἔβαλεν ὁ καθήμενος ἐπὶ τὴν νεφέλην τὸ δρέπανον αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἐθερίσθη ἡ γῆ. Καὶ ἄλλος ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ναοῦ τοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ ἄγγελος, ἔχων καὶ αὐτὸς δρέπανον ὀξύ. Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου, ἔχων ἐξουσίαν ἐπὶ τοῦ πυρὸς, καὶ ἐφώνησε κραυγῇ μεγάλῃ τῷ ἔχοντι τὸ δρέπανον τὸ ὀξύ, λέγων, πέμψον σου τὸ δρέπανον τὸ ὀξὺ, καὶ τρύγησον τοὺς βότρυας τῆς γῆς, ὅτι ἤκμασαν αἱ σταφυλαὶ αὐτῆς. Καὶ ἔβαλεν

rum. Et alius angelus secutus est, dicens: Cecidit cecidit Babylon ciuitas illa magna: quia à uino iræ fornicatiõis suæ potauit omnes gentes. Et tertius angelus secutus est illos, dicẽs uoce magna: Si quis adorauerit bestiam & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua, & hic bibet de uino iræ dei, quod mixtum est mero in calice iræ ipsius. Et cruciabitur igne & sulphure in conspectu angelorum sanctorum, & ante cõspectũ agni. Et fumus tormenti eorum ascendit in secula seculorum. Nec habent requiem die ac nocte, qui adorant bestiam & imaginem eius, & si quis acceperit characterem nominis eius. Hic patientia sanctorum est. Hic qui custodiunt mandata & fidem Iesu. Et audiui uocem de cœlo, dicentem mihi: Scribe: Beati mortui, qui in domino moriuntur amodo: etiam dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis, sed opera illorum sequuntur illos. Et uidi & ecce nubem candidam, & super nubem sedentem similem filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam. Et alius angelus exiuit de templo, damans uoce magna ad sedentem super nubem: Mitte falcem tuam & mete, quia uenit tibi hora ut metas, quoniam aruit messis terræ. Et misit qui sedebat super nubem, falcem suam in terram, & demessa est terra. Et alius angelus exiuit de templo, quod est in cœlo, habens & ipse falcem acutam. Et alius angelus exiuit de altari, qui habebat potestatem supra ignem, & clamauit uoce magna ad eum, qui habebat falcem acutam, dicens: Mitte falcem tuam acutam, & uindemia botros terræ, quoniam maturæ sunt uuæ eius. Et

misit

ἔβαλεν ὁ ἄγγελος τὸ δρέπανον αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν. καὶ ἐτρύγησε τὴν ἄμπελον τῆς γῆς, καὶ ἔβαλεν εἰς τὸν λῆνον τοῦ θυμοῦ τοῦ θεοῦ τὸν μέγαν, καὶ ἐπατήθη ἡ λῆνος ἔξω τῆς πόλεως, καὶ ἐξῆλθεν αἷμα ἐκ τῆς λῆνου ἄχρι τῶν χαλινῶν τῶν ἵππων ἀπὸ σταδίων χιλίων ἑξακοσίων.

Καὶ εἶδον ἄλλο σημεῖον ἐν τῷ οὐρανῷ μέγα καὶ θαυμαστόν, ἀγγέλους ἑπτὰ ἔχοντας πληγὰς ἑπτὰ τὰς ἐσχάτας, ὅτι ἐν αὐταῖς ἐτελέσθη ὁ θυμὸς τοῦ θεοῦ. Καὶ εἶδον ὡς θάλασσαν ὑαλίνην μεμιγμένην πυρί, καὶ τοὺς νικῶντας ἐκ τοῦ θηρίου καὶ ἐκ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ, καὶ ἐκ τοῦ χαράγματος αὐτοῦ καὶ ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, ἑστῶτας ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν ὑαλίνην, ἔχοντας κιθάρας τοῦ θεοῦ. καὶ ᾄδουσι τὴν ᾠδὴν τοῦ μωσέως δούλου τοῦ θεοῦ καὶ τὴν ᾠδὴν τοῦ ἀρνίου, λέγοντες, μεγάλα καὶ θαυμαστὰ τὰ ἔργα σου κύριε ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ, δίκαιαι καὶ ἀληθιναὶ αἱ ὁδοί σου ὁ βασιλεὺς τῶν ἁγίων. τίς οὐ μὴ φοβηθῇ κύριε, καὶ δοξάσῃ τὸ ὄνομά σου; ὅτι μόνος ὅσιος, ὅτι πάντα τὰ ἔθνη ἥξουσι καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου, ὅτι τὰ δικαιώματά σου ἐφανερώθησαν. καὶ μετὰ ταῦτα εἶδον. Καὶ ἠνοίγη ὁ ναὸς τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου ἐν τῷ οὐρανῷ. καὶ ἐξῆλθον οἱ ἑπτὰ ἄγγελοι ἔχοντες τὰς ἑπτὰ πληγὰς, ἐκ τοῦ ναοῦ, ἐνδεδυμένοι λίνον καθαρὸν λαμπρὸν, καὶ περιζωσμένοι τὰ στήθη ζώνας χρυσᾶς. καὶ ἓν τῶν τεσσάρων ζώων ἔδωκε τοῖς ἑπτὰ ἀγγέλοις ἑπτὰ φιάλας χρυσᾶς γεμούσας τοῦ θυμοῦ τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Καὶ ἐγεμίσθη ὁ ναὸς καπνοῦ ἐκ τῆς δόξης τοῦ θεοῦ καὶ ἐκ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ· καὶ οὐδεὶς ἠδύνατο εἰσελθεῖν εἰς τὸν ναόν, ἄχρι τελεσθῶσιν αἱ ἑπτὰ πληγαὶ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων.

Καὶ ἤκουσα φωνῆς μεγάλης ἐκ τοῦ ναοῦ, λεγούσης τοῖς ἑπτὰ ἀγγέλοις, ὑπάγετε, ἐκχέετε τὰς φιάλας τοῦ θυμοῦ εἰς τὴν γῆν. Καὶ ἀπῆλθεν πρῶτος, καὶ ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἐγένετο ἕλκος κακὸν καὶ πονηρὸν εἰς τοὺς ἀνθρώπους

misit angelus falcem suam acutam in terram, & uindemiauit uineam terræ, & misit in lacum iræ dei magnũ, & calcatus est lacus extra ciuitatem, & exiuit sanguis de lacu, usq; ad frenos equorum per stadia mille sexcenta.

Et uidi aliud signũ in cœlo magnũ & mirabile, angelos septem, habentes plagas septem nouissimas, quoniam in illis cõsummata est ira dei. Et uidi tanq; mare uitreũ mixtum igni, & eos qui uictoriam reportarant de bestia & de imagine eius, & de numero nominis eius, stantes super mare uitreum, habentes citharas dei, & cantant canticum Mosi serui dei, & canticum agni, dicentes: Magna & mirabilia sunt opera tua domine deus omnipotens: iustæ, & ueræ sunt uiæ tuæ rex sanctorum. Quis non timebit domine, & magnificabit nomen tuum? Quia solus pius es, quoniam omnes gentes uenient, & adorabunt in cõspectu tuo, quoniam iudicia tua manifestata sũt. Et post hæc uidi, & ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in cœlo, & exierunt septem angeli habentes septem plagas, de templo, uestiti lino mundo & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis. Et unum ex quatuor animalibus dedit septem angelis septem phialas aureas, plenas iracundiæ dei uiuentis in secula seculorum. Et impletum est templum fumo à maiestate dei, & de uirtute eius, & nemo poterat introire in templum, donec consummarentur septem plagæ septem angelorum. XV

Et audiui uocẽ magnã de templo dicentẽ septẽ angelis: Ite, effundite septem phialas iræ dei in terrã. Et abijt primus angelus & effudit phialam suam in terram, & factum est uulnus malum ac noxium in XVI

homines

τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἔχοντας τὸ χάραγμα τοῦ θηρίου, καὶ τοὺς τῇ εἰκόνι προσκυνοῦντας αὐτῷ. Καὶ ὁ δεύτερος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἐγένετο αἷμα ὡς νεκροῦ, καὶ πᾶσα ψυχὴ ζωῆς ἀπέθανεν ἐκ τῆς θαλάσσης. καὶ ὁ τρίτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ εἰς τοὺς ποταμοὺς καὶ εἰς τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, καὶ ἐγένετο αἷμα. Καὶ ἤκουσα τοῦ ἀγγέλου λέγοντος, δίκαιος κύριε εἶ ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ὅσιος, ὅτι ταῦτα ἔκρινας, ὅτι αἷμα ἁγίων καὶ προφητῶν ἐξέχεαν, καὶ αἷμα αὐτοῖς ἔδωκας πεῖν, ἄξιοι γάρ εἰσιν. καὶ ἤκουσα ἄλλου ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου, λέγοντος. Ναὶ κύριε ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ἀληθιναὶ καὶ δίκαιαι αἱ κρίσεις σου. Καὶ ὁ τέταρτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ τὸν ἥλιον. καὶ ἐδόθη αὐτῷ καυματίσαι τοὺς ἀνθρώπους ἐν πυρί. Καὶ ἐκαυματίσθησαν οἱ ἄνθρωποι καῦμα μέγα. Καὶ ἐβλασφήμησαν τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ, τοῦ ἔχοντος ἐξουσίαν ἐπὶ τὰς πληγὰς ταύτας. καὶ οὐ μετενόησαν δοῦναι αὐτῷ δόξαν. καὶ ὁ πέμπτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ τὸν θρόνον τοῦ θηρίου, καὶ ἐγένετο ἡ βασιλεία αὐτοῦ ἐσκοτωμένη καὶ ἐμασῶντο τὰς γλώσσας αὐτῶν ἐκ τοῦ πόνου, καὶ ἐβλασφήμησαν τὸν θεὸν τοῦ οὐρανοῦ ἐκ τῶν πόνων αὐτῶν, καὶ ἐκ τῶν ἑλκῶν αὐτῶν, καὶ οὐ μετενόησαν ἐκ τῶν ἔργων αὐτῶν. Καὶ ὁ ἕκτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν μέγαν τὸν Εὐφράτην. καὶ ἐξηράνθη τὸ ὕδωρ, ἵνα ἑτοιμασθῇ ἡ ὁδὸς τῶν βασιλέων τῶν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου. Καὶ εἶδον ἐκ τοῦ στόματος τοῦ δράκοντος, καὶ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ θηρίου, καὶ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ ψευδοπροφήτου πνεύματα τρία ἀκάθαρτα ὅμοια βατράχοις. εἰσὶ γὰρ πνεύματα δαιμόνων ποιοῦντα σημεῖα ἐκπορεύεται ἐπὶ τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς καὶ τῆς οἰκουμένης ὅλης συναγαγεῖν αὐτοὺς εἰς τὸν πόλεμον τῆς ἡμέρας ἐκείνης τῆς μεγάλης τοῦ θεοῦ τοῦ παντοκράτορος. ἰδοὺ ἔρχομαι ὡς κλέπτης. μακάριος ὁ γρηγορῶν καὶ τηρῶν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ,

homines, qui habebant characterem bestiæ, & in eos qui adorabant imaginem eius. Et secundus angelus effudit phialam suam in mare, & factus est sanguis tanquam mortui, & omnis anima uiuēs, mortua est in mari. Et tertius angelus effudit phialam suā in flumina, & in fontes aquarum, & factæ sunt sanguis. Et audiui angelum dicentem: Iustus es domine, qui es, & qui eras, & sancte, quia hæc iudicasti, quia sanguinem sanctorum & prophetarum effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere, digni enim sunt. Et audiui alterum dicentem: Etiam domine deus omnipotens, uera & iusta iudicia tua. Et quartus angelus effudit phialam suam in solem, & datum est illi æstu affligere homines per ignem. Et æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen dei habentis potestatem super has plagas, neque egerunt scelerum pœnitentiam, ut darent illi gloriam. Et quintus angelus effudit phialam suam super sedem bestiæ, & factum est regnum eius tenebrosum, & commanducauerunt linguas suas præ dolore, & conuitijs affecerunt deum cœli præ doloribus suis & ulceribus suis, nec resipuerunt ab operibus suis. Et sextus angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphraten, & siccata est aqua, ut præpararetur uia regum ab ortu solis. Et uidi ex ore draconis, & ex ore bestiæ, & ex ore pseudoprophetæ exire spiritus tres immundos in modum ranarum. Sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa, ut procedant ad reges totius terræ ad congregandum illos in prælium diei illius magni dei omnipotentis. Ecce uenio sicut fur. Beatus qui uigilat & custodit uestimenta

Digitized by Google

αὐτοῦ, ἵνα μὴ γυμνὸς περιπατῇ, καὶ βλέπωσι τὴν
ἀσχημοσύνην αὐτοῦ, καὶ συνήγαγεν αὐτοὺς εἰς
τὸν τόπον τὸν καλούμενον ἑβραϊστὶ Ἁρμαγεδών.
καὶ ὁ ἕβδομος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐ
τοῦ εἰς τὸν ἀέρα. καὶ ἐξῆλθε φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρα
νοῦ ἀπὸ τοῦ θρόνου, λέγουσα, γέγονε. καὶ ἐγένοντο
φωναὶ καὶ βρονταὶ καὶ ἀστραπαί, καὶ σεισμὸς
ἐγένετο μέγας, οἷος οὐκ ἐγένετο ἀφ' οὗ οἱ ἄν
θρωποι ἐγένοντο ἐπὶ τῆς γῆς τηλικοῦτος σει
σμὸς οὕτως μέγας. καὶ ἐγένετο ἡ πόλις ἡ μεγά
λη εἰς τρία μέρη, καὶ αἱ πόλεις τῶν ἐθνῶν ἔπε
σον. καὶ Βαβυλὼν ἡ μεγάλη ἐμνήσθη ἐνώπιον
τοῦ θεοῦ δοῦναι αὐτῇ τὸ ποτήριον τοῦ οἴνου τοῦ θυ
μοῦ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ. πᾶσα νῆσος ἔφυγε καὶ ὄρη
οὐκ εὑρέθησαν. καὶ χάλαζα μεγάλη ὡς ταλαν
τιαία καταβαίνει ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τοὺς ἀνθρώ
πους, καὶ ἐβλασφήμησαν οἱ ἄνθρωποι τὸν θεὸν ἐκ
τῆς πληγῆς τῆς χαλάζης, ὅτι μεγάλη ἐστὶν ἡ πλη
γὴ αὐτῆς σφόδρα.

Καὶ ἦλθεν εἷς ἐκ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων, τῶν ἐχόν
των τὰς ἑπτὰ φιάλας, καὶ ἐλάλησε μετ' ἐμοῦ, λέ
γων μοι. δεῦρο, δείξω σοι τὸ κρίμα τῆς πόρνης, τῆς
μεγάλης, τῆς καθημένης ἐπὶ ὑδάτων πολλῶν,
μεθ' ἧς ἐπόρνευσαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ ἐμε
θύσθησαν ἐκ τοῦ οἴνου τῆς πορνείας αὐτῆς οἱ κατοι
κοῦντες τὴν γῆν. καὶ ἀπήνεγκέ με εἰς ἔρημον
ἐν πνεύματι. καὶ εἶδον γυναῖκα καθημένην ἐπὶ
θηρίον κόκκινον, γέμον ὀνομάτων βλασφη
μίας, ἔχον κέρατα δέκα. καὶ ἡ γυνὴ ἦν περιβε
βλημένη πορφύρᾳ καὶ κοκκίνῳ καὶ κεχρυσωμέ
νη χρυσῷ, καὶ λίθῳ τιμίῳ, καὶ μαργαρίταις, ἔχου
σα χρυσοῦν ποτήριον ἐν τῇ χειρὶ αὐτῆς, γέμον
βδελυγμάτων καὶ ἀκαθάρτητος πορνείας αὐ
τῆς, καὶ ἐπὶ τὸ μέτωπον αὐτῆς ὄνομα γεγραμ
μένον μυστήριον, Βαβυλὼν ἡ μεγάλη ἡ μήτηρ
τῶν πορνῶν καὶ τῶν βδελυγμάτων τῆς γῆς. καὶ
εἶδον τὴν γυναῖκα μεθύουσαν ἐκ τοῦ αἵματος
τῶν ἁγίων καὶ ἐκ τοῦ αἵματος τῶν μαρτύρων Ἰη
σοῦ. καὶ ἐθαύμασα ἰδὼν αὐτὴν θαῦμα μέγα.
καὶ εἶπέ μοι ὁ ἄγγελος. Διὰ τί ἐθαύμασας; ἐγώ
σοι ἐρῶ τὸ μυστήριον τῆς γυναικὸς, καὶ τοῦ θηρίου
τοῦ βαστάζοντος

suã, ne nudus ambulet, & uideant turpitu
dinẽ eius. Et cõgregauit illos in locum, qui
uocatur Hebraïcẽ Armageddon. Et septi-
mus angelus effudit phialam suã in aërẽ,
& exiuit uox magna de cœlo à throno, di-
cens: Factum est. Et facta sunt fulgura &
uoces, & tonitrua, & terræmotus fact⁹ est
magnus, qualis nunq̃ fuit, ex quo homi-
nes fuerunt super terram, talis terræmotus
adeo magnus. Et facta est ciuitas magna
in tres partes, & ciuitates gentium cecide-
runt. Et Babylon magna uenit in memo-
riam ante deum, ut daret illi calicẽ uini in-
dignationis iræ suæ. Omnis insula fugit,
& montes nõ sunt inuenti. Et grando ma-
gna sicut talentũ descendit de cœlo in ho-
mines, & blasphemauerunt deũ homines
propter plagam grandinis, quoniam ma-
gna facta est plaga eius uehementer.

Et uenit unus de septẽ angelis, qui habe XVII
bant septẽ phialas, & locutus est mecũ, di-
cens mihi: Veni ostendã tibi damnationẽ
meretricis magnæ, quæ sedet super aquas
multas, cũ qua scortati sunt reges terræ, &
inebriati sunt qui inhabitant terram de ui
no prostitutionis eius. Et abstulit me spiri
tu in desertũ. Et uidi mulierẽ sedentẽ super
bestiã coccinã, plenã nominibus maledicẽ
tiæ, habentẽ capita septem et cornua decẽ. Et
mulier erat circũdata purpura & coccino,
& inaurata auro, & lapide p̃cioso, & mar-
garitis, habẽs poculũ aureũ in manu sua,
plenũ abominationibus & immũdicia li-
bidinis suæ. Et in fronte eius nomẽ scriptũ
mysteriũ Babylon magna mater scortatio
nũ, & abominationũ terræ. Et uidi mulie-
rẽ ebriã de sanguine sanctorum, & de san-
guine martyrũ Iesu. Et miratus sum, cum
uiderem illam, admiratione magna. Et di-
xit mihi angelus: Quare miraris? Ego di-
cam tibi mysterium mulieris, & bestiæ

quæ portat

τῷ βασάζοντος αὐτήν, καὶ τὰ ἔχοντα τὰς ἑπτὰ κεφαλὰς, καὶ τὰ δέκα κέρατα. θηρίον ὃ εἶδες, ἦν καὶ οὐκ ἔστι, καὶ μέλλει ἀναβαίνειν ἐκ τῆς ἀβύσσου, καὶ εἰς ἀπώλειαν ὑπάγει. καὶ θαυμάσονται οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς, ὧν οὐ γέγραπται τὰ ὀνόματα ἐπὶ τὸ βιβλίον τῆς ζωῆς ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, βλεπόντων τὸ θηρίον, ὅτι ἦν καὶ οὐκ ἔστι, καὶ πάρεσται. ὧδε ὁ νοῦς ὁ ἔχων σοφίαν. αἱ ἑπτὰ κεφαλαί, ὄρη ἑπτά εἰσιν ἐπ' ἃ ἡ γυνὴ κάθηται ἐπ' αὐτῶν, καὶ βασιλεῖς ἑπτά εἰσιν. οἱ πέντε ἔπεσαν, καὶ ὁ εἷς ἔστι, ὁ ἄλλος οὔπω ἦλθε, καὶ ὅταν ἔλθῃ, ὀλίγον αὐτὸν δεῖ μεῖναι. καὶ τὸ θηρίον ὃ ἦν, καὶ οὐκ ἔστι, καὶ αὐτὸς ὄγδοός ἐστι, καὶ ἐκ τῶν ἑπτά ἐστι, καὶ εἰς ἀπώλειαν ὑπάγει. καὶ τὰ δέκα κέρατα, ἃ εἶδες, δέκα βασιλεῖς εἰσιν, οἵτινες βασιλείαν οὐκ ἔλαβον, ἀλλ' ἐξουσίαν ὡς βασιλεῖς μίαν ὥραν λαμβάνουσι μετὰ τοῦ θηρίου. οὗτοι μίαν γνώμην ἔχουσι, καὶ τὴν δύναμιν, καὶ τὴν ἐξουσίαν ἑαυτῶν τῷ θηρίῳ διδόασιν. οὗτοι μετὰ τοῦ ἀρνίου πολεμήσουσι, καὶ τὸ ἀρνίον νικήσει αὐτούς, ὅτι κύριος κυρίων ἐστὶ, καὶ βασιλεὺς βασιλέων, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ κλητοὶ, καὶ ἐκλεκτοὶ, καὶ πιστοί. καὶ λέγει μοι, τὰ ὕδατα ἃ εἶδες, οὗ ἡ πόρνη κάθηται, λαοὶ καὶ ὄχλοι εἰσὶ, καὶ ἔθνη, καὶ γλῶσσαι. καὶ τὰ δέκα κέρατα ἃ εἶδες καὶ τὸ θηρίον, οὗτοι μισήσουσι τὴν πόρνην, καὶ ἠρημωμένην ποιήσουσι αὐτὴν, καὶ γυμνὴν, καὶ τὰς σάρκας αὐτῆς φάγονται, καὶ αὐτὴν κατακαύσουσιν ἐν πυρί. ὁ γὰρ θεὸς ἔδωκεν εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν ποιῆσαι τὴν γνώμην αὐτοῦ, καὶ ποιῆσαι μίαν γνώμην, καὶ δοῦναι τὴν βασιλείαν αὐτῶν τῷ θηρίῳ ἄχρι τελεσθήσεται τὰ ῥήματα τοῦ θεοῦ. καὶ ἡ γυνὴ ἣν εἶδες, ἔστιν ἡ πόλις ἡ μεγάλη ἡ ἔχουσα βασιλείαν ἐπὶ τῶν βασιλέων τῆς γῆς.

quæ portat eam, quæ habet capita septẽ, & cornua decem. Bestia quam uidisti, fuit, & non est, & ascensura est de abysso, & in interitum ibit, & mirabuntur inhabitantes terram: quorum nomina scripta non sunt in libro uitæ, à condito mũdo, uidentes bestiam, quæ erat & non est. Et hic est mens, quæ habet sapientiam. Septem capita, septem montes sunt, super quos mulier sedet, & reges septem sunt. Quinq; ceciderunt, unus est, & alius nõdum uenit. Et cum uenerit, oportet illum breue tẽpus manere. Et bestia quæ erat, & non est, & ipse octauus est, & de septẽ est, & in interitum uadit. Et decẽ cornua quæ uidisti, decem reges sunt, qui regnũ nondum acceperunt, sed potestatem tanquam reges una hora accipient cum bestia. Hi unum consilium habent, & uirtutem & potestatem suam bestiæ tradent. Hi cum agno pugnabunt, & agnus uincet illos: quoniã dominus dominorũ est, & rex regum: & qui cum illo sunt uocati, & electi & fideles. Et dicit mihi: Aquæ q̃s uidisti, ubi meretrix sedet, populi sunt & turbæ, & gentes, & linguæ. Et decem cornua quæ uidisti in bestia, hi odio prosequentur meretricem, & desolatam faciẽt illam & nudam, & carnes eius comedent, & ipsam igne cõcremabunt. Deus enim dedit in corda eorum, ut faciãt quod placitum est illi, ut unam faciant uoluntatẽ, ut dent regnum suum bestiæ, donec consummentur uerba dei. Et mulier quã uidisti, est ciuitas magna, quæ habet regnum super reges terræ.

καὶ μετὰ ταῦτα εἶδον ἄλλον ἄγγελον καταβαίνοντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἔχοντα ἐξουσίαν μεγάλην, καὶ ἡ γῆ ἐφωτίσθη ἐκ τῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ ἔκραξεν ἐν ἰσχυρᾷ φωνῇ μεγάλῃ, λέγων. ἔπεσεν ἔπεσε βαβυλὼν, ἡ μεγάλη

Et post hæc uidi alium angelum descẽdentem de cœlo, habentem potestatem magnam, & terra illuminata est à gloria eius. Et exclamauit per fortitudinẽ uoce magna, dicens: Cecidit cecidit Babylon

XVIII

& magna

ἡ μεγάλη, ἡ ἐγένετο κατοικητήριον δαιμόνων, καὶ φυλακὴ παντὸς πνεύματος ἀκαθάρτου, καὶ φυλακὴ παντὸς ὀρνέου ἀκαθάρτου καὶ μεμισημένου, ὅτι ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς πορνείας αὐτῆς πέπωκαν πάντα τὰ ἔθνη. καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς μετ' αὐτῆς ἐπόρνευσαν, καὶ οἱ ἔμποροι αὐτῆς, ἐκ τῆς δυνάμεως τοῦ στρήνους αὐτῆς ἐπλούτησαν. καὶ ἤκουσα ἄλλην φωνὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λέγουσαν, Ἐξέλθετε ἐξ αὐτῆς ὁ λαός μου, ἵνα μὴ συγκοινωνήσητε ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῆς, ἵνα μὴ λάβητε ἐκ τῶν πληγῶν αὐτῆς, ὅτι ἐκολλήθησαν αὐτῆς αἱ ἁμαρτίαι ἄχρι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐμνημόνευσεν ὁ θεὸς τὰ ἀδικήματα αὐτῆς. Ἀπόδοτε αὐτῇ, ὡς καὶ αὐτὴ ἀπέδωκεν ὑμῖν. καὶ διπλώσατε αὐτῇ διπλᾶ κατὰ τὰ ἔργα αὐτῆς· ἐν τῷ ποτηρίῳ ᾧ ἐκέρασε, κεράσατε αὐτῇ διπλοῦν. ὅσα ἐδόξασεν ἑαυτὴν καὶ ἐστρηνίασε, τοσοῦτον δότε αὐτῇ βασανισμὸν καὶ πένθος· ὅτι ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς λέγει, Κάθημαι βασίλισσα, καὶ χήρα οὐκ εἰμί, καὶ πένθος οὐ μὴ ἴδω. Διὰ τοῦτο ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἥξουσιν αἱ πληγαὶ αὐτῆς, θάνατος, καὶ πένθος καὶ λιμός, καὶ ἐν πυρὶ κατακαυθήσεται· ὅτι ἰσχυρὸς κύριος ὁ θεὸς ὁ κρίνων αὐτήν. καὶ κλαύσονται αὐτήν, καὶ κόψονται ἐπ' αὐτὴν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, οἱ μετ' αὐτῆς πορνεύσαντες, καὶ στρηνιάσαντες, ὅταν βλέπωσι τὸν καπνὸν τῆς πυρώσεως αὐτῆς, ἀπὸ μακρόθεν ἑστηκότες διὰ φόβον τοῦ βασανισμοῦ αὐτῆς, λέγοντες, Οὐαὶ οὐαὶ ἡ πόλις ἡ μεγάλη Βαβυλών, ἡ πόλις ἡ ἰσχυρά, ὅτι ἐν μιᾷ ὥρᾳ ἦλθεν ἡ κρίσις σου. καὶ οἱ ἔμποροι τῆς γῆς κλαίουσι, καὶ πενθοῦσιν ἐν ἑαυτοῖς, ὅτι τὸν γόμον αὐτῶν οὐδεὶς ἀγοράζει οὐκέτι, γόμον χρυσοῦ καὶ ἀργύρου, καὶ λίθου τιμίου, καὶ μαργαρίτου καὶ βύσσου, καὶ πορφύρας, καὶ κοκκίνου, καὶ πᾶν ξύλον θύινον, καὶ πᾶν σκεῦος ἐλεφάντινον, καὶ πᾶν σκεῦος ἐκ ξύλου τιμιωτάτου, καὶ χαλκοῦ, καὶ σιδήρου, καὶ κινάμωμον, καὶ θυμίαμα, καὶ μύρον, καὶ λίβανον, καὶ οἶνον, καὶ ἔλαιον, καὶ σεμίδαλιν, καὶ σῖτον, καὶ κτήνη, καὶ πρόβατα, καὶ ἵππων, καὶ ῥεδῶν, καὶ σωμάτων, καὶ ψυχὰς ἀνθρώπων. καὶ ἡ ὀπώρα σου τῆς ἐπιθυμίας τῆς ψυχῆς σου ἀπῆλθον ἀπὸ σοῦ, καὶ πάντα τὰ λιπαρὰ,

magna, & facta est habitatio dæmoniorũ, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis uolucris immundæ, & inuisæ: quia de uino iræ scortatiõis eius biberũt omnes gentes. Et reges terræ cũ illa scortati sũt, & mercatores terræ de uirtute delitiarũ eius diuites facti sũt. Et audiui aliã uocẽ de cœlo dicentẽ: Exite de illa populus meus, ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius ne accipiatis. Quoniã puenerunt peccata eius usq; ad cœlũ, & recordatus est deus iniquitatũ eius. Reddite illi sicut & ipsa reddidit uobis, & duplicate ei duplicia secundum opera eius. In poculo quo miscuit, miscete illi duplũ. Quantũ glorificauit se & in delitijs fuit, tantũ miscete illi tormẽtũ & luctũ, quia in corde suo dicit: Sedeo regina, & uidua nõ sum, & luctũ nõ uidebo. Ideo in una die ueniẽt plagæ eius, mors & luctus & fames, & igne cõburet: quia fortis est dñs deus, qui iudicabit illam. Et flebũt illã & plangẽt se sup illa reges terræ, qui cũ illa scortati sunt, & in delitijs uixerũt, cũ uiderint fumũ incendij eius, longe stantes ppter timorẽ tormẽti eius, dicentes: Væ uæ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: quoniã in una hora uenit iudiciũ tuũ. Et negociatores terræ flent & lugent sup illa: quoniã merces eorũ nemo emit amplius, merces auri & argenti & lapidis pcioſi, necq; margaritæ, & byssi, & purpuræ, & cocci, & oẽ lignum thyinũ, & oẽ uas eburneũ, & oẽ uas de ligno pcioſissimo & ære, & ferro & marmore & cinamomũ, & odoramentũ, & unguentũ, & thus, & uinũ, & oleũ, & similã, & triticum, & iumenta, & oues, & equorum, & rhedarum, & mancipiorum, & animas hominũ. Et poma desiderij animæ tuæ discesserunt à te, & omnia pin-

guia

φῶς λαμπρὸν ἀπῆλθεν ἀπ' σοῦ, καὶ οὐκ
ἔτι οὐ μὴ εὑρήσῃς αὐτά. οἱ ἔμποροι τούτων
οἱ πλουτήσαντες ἀπ' αὐτῆς ἀπὸ μακρόθεν στή-
σονται, διὰ τὸν φόβον τοῦ βασανισμοῦ αὐτῆς,
κλαίοντες καὶ πενθοῦντες, καὶ λέγοντες, οὐαὶ οὐ-
αὶ ἡ πόλις ἡ μεγάλη ἡ περιβεβλημένη βύσ-
σινον καὶ πορφυροῦν, καὶ κόκκινον, καὶ κεχρυσω-
μένη χρυσῷ καὶ λίθῳ τιμίῳ, καὶ μαργαρί-
ταις, ὅτι μίᾳ ὥρᾳ ἠρημώθη ὁ τοσοῦτος πλοῦ-
τος. καὶ πᾶς κυβερνήτης, καὶ πᾶς ὁ ἐπὶ τὸν πλοί-
ων ὁ ὅμιλος καὶ ναῦται καὶ ὅσοι τὴν θάλασσαν ἐργά-
ζονται ἀπὸ μακρόθεν ἔστησαν, καὶ ἔκραζον ὁρ-
ῶντες τὸν καπνὸν τῆς πυρώσεως αὐτῆς, λέ-
γοντες. τίς ὁμοία τῇ πόλει τῇ μεγάλῃ; καὶ
ἔβαλον χοῦν ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ
ἔκραζον κλαίοντες καὶ πενθοῦντες, λέγοντες.
οὐαὶ οὐαὶ ἡ πόλις ἡ μεγάλη ἐν ᾗ ἐπλούτησαν
πάντες οἱ ἔχοντες πλοῖα ἐν τῇ θαλάσσῃ ἐκ τῆς
τιμιότητος αὐτῆς, ὅτι μίᾳ ὥρᾳ ἠρημώθη. εὐ-
φραίνου ἐπ' αὐτῇ οὐρανὲ, καὶ οἱ ἅγιοι ἀπόσο-
λοι, καὶ οἱ προφῆται, ὅτι ἔκρινεν ὁ θεὸς τὸ κρῖ-
μα ὑμῶν ἐξ αὐτῆς. καὶ ἦρεν εἷς ἄγγελος ἰσχυ-
ρὸς λίθον ὡς μύλον μέγα, καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν
θάλασσαν, λέγων, οὕτως ὁρμήματι βληθή-
σεται Βαβυλὼν ἡ μεγάλη πόλις, καὶ οὐ μὴ εὑ-
ρεθῇ ἔτι. καὶ φωνὴ κιθαρῳδῶν καὶ μουσικῶν, καὶ
αὐλητῶν, καὶ σαλπιστῶν, οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ
ἔτι. καὶ πᾶς τεχνίτης πάσης τέχνης οὐ μὴ
εὑρεθῇ ἐν σοὶ ἔτι. καὶ φωνὴ μύλου οὐ μὴ ἀκου-
σθῇ ἐν σοὶ ἔτι. καὶ φωνὴ νυμφίου καὶ νύμφης
οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι. ὅτι οἱ ἔμποροί σου
ἦσαν οἱ μεγιστᾶνες τῆς γῆς, ὅτι ἐν τῇ φαρμα-
κείᾳ σου ἐπλανήθησαν πάντα τὰ ἔθνη, καὶ
ἐν αὐτῇ αἷμα προφητῶν καὶ ἁγίων εὑρέθη,
καὶ πάντων τῶν ἐσφαγμένων ἐπὶ τῆς γῆς.

Καὶ μετὰ ταῦτα ἤκουσα φωνὴν ὄχλου πολ
λοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ, λέγοντος ἀλληλουϊα. ἡ σω-
τηρία καὶ ἡ δόξα, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ δύναμις
κυρίῳ τῷ θεῷ ἡμῶν, ὅτι ἀληθιναὶ καὶ δίκαι
αι αἱ κρίσεις αὐτοῦ, ὅτι ἔκρινεν τὴν πόρνην τὴν
μεγάλην, ἥτις ἔφθειρε τὴν γῆν ἐν τῇ πορνείᾳ
αὐτῆς

guia, et prædara perierũt à te, et amplius illa iam nõ inuenies. Mercatores horum qui diuites facti ſunt, ab ea longe ſtabũt propter timorẽ tormenti eius, flentes ac lugentes, & dicentes: Væ uæ ciuitas illa magna, quæ amicta erat byſſo, et purpura, et cocco, et deaurata erat auro et lapide precioſo et margaritis: quoniam una hora deſtitutæ ſunt tãtæ diuitiæ, et omnis gubernator, et omnis in nauibus uerſantium turba et nautæ, et qui in mari operant, longe ſteterunt: et clamauerunt, uidentes fumũ incendij eius, dicẽtes: Quæ ſimilis ciuitati huic magnæ? Et miſerunt puluerẽ ſuper capita ſua, et clamauerunt flentes et lugẽtes, dicentes: Væ uæ ciuitas illa magna, in qua diuites facti ſunt, oẽs q habebãt naues in mari de precijs eius, quoniã una hora deſolata eſt. Exulta ſup eã cœlũ et ſancti apoſtoli et pphetæ, quoniã iudicauit deus iudiciũ ueſtrũ de illa. Et ſuſtulit unus angelus fortis lapidẽ quaſi molarẽ magnũ, et miſit in mare, dicẽs: Hoc impetu mittet Babylon ciuitas illa magna, et ultra iam non inuenietur. Et uox citharœdorũ et muſicorũ, et tibia cantentiũ et tuba, nõ audietur in te amplius, et omnis artifex cuiuſcũq; artis non inuenietur in te amplius. Et uox molæ non audietur in te amplius, et lux lucernæ nõ lucebit in te amplius, et uox ſpõſi et ſpõſæ nõ audietur poſthac in te: qa mercatores tui erãt principes terræ: qa in ueneficijs tuis errauerũt oẽs gẽtes, et in ea ſanguis pphetarum et ſanctorũ inuẽtus eſt, et omniũ q interfecti ſunt in terra. Poſt hæc audiui quaſi XIX
uocẽ magnã turbæ multæ in cœlo dicẽtis: Alleluia. Salus, et honor, et gloria, et uirtus dño deo noſtro eſt: quia uera et iuſta iudicia eius, quia iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terrã proſtitutione

Digitized by Google

ἄυφλ, & ἐξεδίκησε τὸ αἷμα τῶν δούλων αὐ
τοῦ, ἐκ φλ χειρὸς αὐφλ, καὶ δεύτερον εἶπα-
καμ, ἀλληλούϊα. καὶ ὁ καπνὸς ἀναβαίνει εἰς
τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. καὶ ἔπεσαν οἱ πρε
σβύτεροι οἱ κδ. καὶ τὰ τέσσαρα ζῶα, καὶ προ
σεκύνησαν τῷ θεῷ τῷ καθημένῳ ἐπὶ τ θρό
νου λέγοντες, ἀμὴν ἀλληλούϊα. καὶ φωνὴ ἐκ τοῦ
θρόνου ἐξῆλθεν, αἰνεῖτε τὸν θεὸν ἡμῶν πάν
τες οἱ δοῦλοι αὐτοῦ, καὶ οἱ φοβούμενοι αὐτὸν,
καὶ οἱ μικροὶ καὶ οἱ μεγάλοι. καὶ ἤκουσα φω
νὴν ὄχλου πολλοῦ, καὶ ὡς φωνὴν ὑδάτων
πολλῶν, καὶ ὡς φωνὴν βροντῶν ἰσχυρῶν, λέ
γοντας ἀλληλούϊα, ὅτι ἐβασίλευσεν ὁ θεὸς
ὁ παντοκράτωρ. χαίρωμεν καὶ ἀγαλλιώμε-
θα, καὶ δῶμεν τὴν δόξαν αὐτῷ, ὅτι ἦλθεν ὁ
γάμος τοῦ ἀρνίου. καὶ ἡ γυνὴ ἡτοίμασεν ἑ-
αυτήν. καὶ ἐδόθη αὐτῇ ἵνα περιβάληται βύσ-
σινον καθαρὸν & λαμπρόν. τὸ γὰρ βύσσι-
νον τὰ δικαιώματά ἐστιν τῶν ἁγίων. καὶ λέ
γει μοι. μακάριοι οἱ εἰς τὸ δεῖπνον τοῦ ἀρνίου
κεκλημένοι. καὶ λέγει μοι, οὗτοι οἱ λόγοι ἀλη
θινοί εἰσιν τοῦ θεοῦ. καὶ ἔπεσον ἔμπροσθεν τ
ποδῶν αὐτοῦ, προσκυνῆσαι αὐτῷ. καὶ λέγει
μοι, ὅρα μή, σύνδουλός σου εἰμί, καὶ τῶν ἀδελ
φῶν σου, καὶ τῶν ἐχόντων τὴν μαρτυρίαν τ Ἰη
σοῦ. τῷ θεῷ προσκύνησον. ἡ γὰρ μαρτυρία
Ἰησοῦ ἐστὶν τὸ πνεῦμα τ προφητείας. καὶ εἶδον
τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγμένον. & ἰδοὺ ἵππος λευ-
κός, & ὁ καθήμενος ἐπ' αὐτὸν πιστὸς καὶ ἀλη-
θινός, & ἐν δικαιοσύνῃ κρίνει καὶ πολεμεῖ. οἱ
δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς φλὸξ πυρός, καὶ ἐπὶ
τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ διαδήματα πολλά, ἔχων
ὄνομα γεγραμμένον, ὃ οὐδεὶς οἶδεν εἰ μὴ αὐ
τός. καὶ περιβεβλημένος ἱμάτιον βεβαμ-
μένον αἵματι. καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ
ὁ λόγος τοῦ θεοῦ. καὶ τὰ στρατεύματα ἐν τοῖς
οὐρανοῖς ἠκολούθουν αὐτῷ ἐφ' ἵπποις λευκοῖς,
ἐνδεδυμένοι βύσσινον λευκὸν καθαρόν.
καὶ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ἐκπορεύεται ῥομ-
φαία ὀξεῖα, ἵνα ἐν αὐτῇ πατάξῃ τὰ ἔθνη. & αὐ-
τὸς ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ. καὶ

αὐτὸς

sui, & uindicauit sanguinem seruorũ suo
rum de eius manu. Et iterum dixerũt: Al
leluia. Et fumus ascendit in secula seculo
rum. Et ceciderunt uigintiquatuor senio
res, & quatuor animalia, & adorauerunt
deum sedẽtẽ sup thronũ, dicentes: Amẽ
alleluia. Et uox de throno exiuit, dicens:
Laudem dicite deo nostro omnes sancti
eius, & qui timetis eũ pusilli & magni. Et
audiui uocem turbæ multæ, & sicut uo-
cem aquarum multarum, & sicut uocem
tonitruorũ magnorũ, dicentiũ, Alleluia:
quoniã regnauit dominus deus noster omi
potens. Gaudeamus & exultemus & de
mus gloriam ei: quia uenerunt nuptiæ
agni, & uxor eius præparauit se. Et da
tum est illi ut cooperiat se byssino pu
ro & splendido. Byssinum enim iusti
ficationes sunt sanctorum. Et dicit mihi:
scribe: Beati qui ad cœnã nuptiarum agni
uocati sunt. Et dicit mihi: Hæc uerba
dei uera sunt. Et cecidi ante pedes eius,
ut adorarem eum. Et dicit mihi: Vide
ne feceris. Conseruus tuus sum, & fra
trum tuorum habentium testimonium
Iesu. Deum adora. Testimonium enim
Iesu, est spiritus prophetiæ. Et uidi cœ
lum apertum, & ecce equus albus, &
qui sedebat super eum, uocabatur fide
lis & uerax, & per iusticiam iudicat &
pugnat. Oculi autem eius sicut flam
ma ignis, & in capite eius diademata
multa, habens nomen scriptum, quod
nemo nouit nisi ipse. Et uestitus erat
ueste tincta sanguine, & uocatur no
men eius, sermo dei. Et exercitus qui
sunt in cœlo, sequebantur eum in equis
albis, uestiti byssino albo & mundo. &
ex ore eius procedit gladius ex utra
que parte acutus, ut eo percutiat gen
tes. Et ipse reget eas uirga ferrea. Et

ipse

Digitized by Google

ἐκ τοῦ πατρὸς τὸν οἶνον τοῦ θυμοῦ, καὶ ὀργῆς τοῦ θεοῦ παντοκράτορος. καὶ ἔχει ἐπὶ τὸ ἱμάτιον, καὶ ἐπὶ τὸν μηρὸν αὐτοῦ, τὸ ὄνομα γεγραμμένον, βασιλεὺς βασιλέων, καὶ κύριος κυρίων. καὶ εἶδον ἕνα ἄγγελον ἑστῶτα ἐν ἡλίῳ. καὶ ἔκραξεν φωνῇ μεγάλῃ, λέγων πᾶσι τοῖς ὀρνέοις τοῖς πετομένοις ἐν μεσουρανήματι, δεῦτε καὶ συνάγεσθε εἰς τὸ δεῖπνον τοῦ μεγάλου θεοῦ, ἵνα φάγητε σάρκας βασιλέων, καὶ σάρκας χιλιάρχων, καὶ σάρκας ἰσχυρῶν, καὶ σάρκας ἵππων, καὶ τῶν καθημένων ἐπ' αὐτῶν, καὶ σάρκας πάντων ἐλευθέρων, καὶ δούλων, καὶ μικρῶν, καὶ μεγάλων. καὶ εἶδον τὸ θηρίον, καὶ τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ τὰ στρατεύματα αὐτῶν συνηγμένα ποιῆσαι πόλεμον μετὰ τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ ἵππου, καὶ μετὰ τοῦ στρατεύματος αὐτοῦ. καὶ ἐπιάσθη τὸ θηρίον, καὶ μετὰ τούτου ὁ ψευδοπροφήτης ὁ ποιήσας τὰ σημεῖα ἐνώπιον αὐτοῦ, ἐν οἷς ἐπλάνησε τοὺς λαβόντας τὸ χάραγμα τοῦ θηρίου, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας τῇ εἰκόνι αὐτοῦ. ζῶντες βληθήσονται οἱ δύο εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς τὴν καιομένην ἐν θείῳ. καὶ οἱ λοιποὶ ἀπεκτάνθησαν ἐν τῇ ῥομφαίᾳ καθημένου ἐπὶ τοῦ ἵππου, τῇ ἐκπορευομένῃ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ πάντα ὄρνεα ἐχορτάσθησαν ἐκ τῶν σαρκῶν αὐτῶν.

καὶ εἶδον ἄγγελον καταβαίνοντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔχοντα τὴν κλεῖδα τοῦ ἀβύσσου, καὶ ἅλυσιν μεγάλην ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ. καὶ ἐκράτησε τὸν δράκοντα τὸν ὄφιν τὸν ἀρχαῖον, ὅς ἐστι διάβολος καὶ Σατανᾶς, καὶ ἔδησεν αὐτὸν χίλια ἔτη, καὶ ἔβαλεν αὐτὸν εἰς τὴν ἄβυσσον, καὶ ἐκλεισεν αὐτόν, καὶ ἐσφράγισεν ἐπάνω αὐτοῦ, ἵνα μὴ πλανήσῃ τὰ ἔθνη ἔτι, ἄχρι τελεσθῇ χίλια ἔτη. καὶ μετὰ ταῦτα δεῖ αὐτὸν λυθῆναι μικρὸν χρόνον. καὶ εἶδον θρόνους καὶ ἐκάθισαν ἐπ' αὐτοὺς, καὶ κρίμα ἐδόθη αὐτοῖς, καὶ τὰς ψυχὰς τῶν πεπελεκισμένων διὰ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ, καὶ διὰ τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, καὶ οἵτινες οὐ προσεκύνησαν τὸ θηρίον, οὔτε τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔλαβον τὸ χάραγμα ἐπὶ τὸ μέτωπον αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτῶν, καὶ ἔζησαν, καὶ ἐβα-

ipse calcat torcular uini furoris & iræ dei omnipotentis. Et habet in uestimẽto & in femore suo nomen scriptum: Rex regum & dominus dominantium. Et uidi unum angelum stantẽ in sole, & clamauit uoce magna, dicens omnibus auibus quæ uolabant per mediũ cœli: Venite & congregamini ad cœnam magni dei, ut edatis carnes regum, & carnes tribunorũ, & carnes fortium, & carnes equorum, & sedentium in ipsis, & carnes omniũ liberorum ac seruorum, & pusillorum ac magnorum. Et uidi bestiam & reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciẽdum prælium cum illo qui sedebat in equo & cum exercitu eius. Et apprehẽsa est bestia, & cum illa pseudopropheta, q fecit signa coram ipso, in quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestiæ, & qui adorauerunt imaginem eius. Viui coniecti sunt hi duo in stagnum ignis ardens sulphure: & cæteri occisi sunt gladio sedẽtis super equum, qui procedit ex ore ipsius, & omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum.

Et uidi angelum descendentẽ de cœ- XX
lo, habentẽ clauem abyssi, & catenã magnam in manu sua. Et apprehendit draconem serpentẽ antiquũ, qui est diabolus & satanas, & ligauit eũ per annos mille, & misit eum in abyssum, & dausit eũ, & signauit super illum, ut nó seducat amplius gentes, donec consummentur millẽ anni. Et post hoc oportet illum solui modico tempore. Et uidi sedes, & sederũt super eas, & iudicium datum est illis: & animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter sermonẽ dei, & qui non adorauerũt bestiã, neq; imaginem eius, nec accepe runt characterem eius in frontibus suis, aut in manibus suis: & uixerũt

ηȳ ἐβασίλευσαν μετὰ χριστοῦ χίλια ἔτη. οἱ δὲ λοιποὶ τῶν νεκρῶν οὐκ ἀνέζησαν ἕως τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη. αὕτη ἡ ἀνάστασις ἡ πρώτη. μακάριος καὶ ἅγιος ὁ ἔχων μέρος ἐν τῇ ἀναστάσει τῇ πρώτῃ. ἐπὶ τούτων ὁ θάνατος ὁ δεύτερος οὐκ ἔχει ἐξουσίαν, ἀλλ' ἔσονται ἱερεῖς τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ χριστοῦ, καὶ βασιλεύσουσι μετ' αὐτοῦ χίλια ἔτη. καὶ ὅταν τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη, λυθήσεται ὁ σατανᾶς ἐκ τῆς φυλακῆς αὐτοῦ, καὶ ἐξελεύσεται πλανῆσαι τὰ ἔθνη τὰ ἐν τέσσαρσι γωνίαις τῆς γῆς τὸν γὼγ καὶ μαγὼγ συναγαγεῖν αὐτοὺς εἰς πόλεμον, ὧν ὁ ἀριθμὸς ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης. καὶ ἀνέβησαν ἐπὶ τὸ πλάτος τῆς γῆς, καὶ ἐκύκλωσαν τὴν παρεμβολὴν τῶν ἁγίων καὶ τὴν πόλιν τὴν ἠγαπημένην. καὶ κατέβη πῦρ ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατέφαγεν αὐτούς, καὶ ὁ διάβολος ὁ πλανῶν αὐτοὺς ἐβλήθη εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς, καὶ θείου, ὅπου καὶ τὸ θηρίον, καὶ ὁ ψευδοπροφήτης, καὶ βασανισθήσονται ἡμέρας καὶ νυκτὸς εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. καὶ εἶδον θρόνον λευκὸν μέγαν καὶ τὸν καθήμενον ἐπ' αὐτῷ, οὗ ἀπὸ τοῦ προσώπου ἔφυγεν ἡ γῆ καὶ ὁ οὐρανὸς, καὶ τόπος οὐκ εὑρέθη αὐτοῖς. καὶ εἶδον τοὺς νεκροὺς μικροὺς καὶ μεγάλους ἑστῶτας ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, καὶ βιβλία ἠνεῴχθησαν. καὶ βιβλίον ἄλλο ἠνεῴχθη, ὅ ἐστι τῆς ζωῆς, καὶ ἐκρίθησαν οἱ νεκροὶ ἐκ τῶν γεγραμμένων ἐν τοῖς βιβλίοις, κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν. καὶ ἔδωκεν ἡ θάλασσα τοὺς ἐν αὐτῇ νεκροὺς, καὶ ὁ θάνατος, καὶ ὁ ᾅδης ἔδωκαν τοὺς ἐν αὐτοῖς νεκροὺς, καὶ ἐκρίθησαν ἕκαστος κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν. καὶ ὁ θάνατος καὶ ὁ ᾅδης ἐβλήθησαν εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρός. οὗτός ἐστιν ὁ δεύτερος θάνατος. καὶ εἴ τις οὐχ εὑρέθη ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ζωῆς γεγραμμένος, ἐβλήθη εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρός.

καὶ εἶδον οὐρανὸν καινὸν καὶ γῆν καινήν. ὁ γὰρ πρῶτος οὐρανὸς καὶ ἡ πρώτη γῆ ἀπῆλθεν, καὶ ἡ θάλασσα οὐκ ἔστιν ἔτι. καὶ ἐγὼ ἰωάννης εἶδον τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν ἱερουσαλὴμ καινὴν καταβαίνουσαν, ἀπὸ τοῦ θεοῦ, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἡτοιμασμένην, ὡς νύμφην

& regnauerũt cũ Christo mille annis. Cæteri uero mortuorum non reuixerũt, donec consummentur mille anni. Hæc est resurrectio prima. Beatus & sanctus q habet partem in resurrectione prima. In ijs secunda mors nõ habet potestatem, sed erunt sacerdotes dei & Christi, & regnabunt cũ illo mille annis. Et cum consummati fuerint mille anni, soluetur satanas de carcere suo, & exibit ut seducat gentes quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gog & Magog, ut congreget eos in prælium, quorũ numerus est sicut arena maris. Et ascenderunt super latitudinem terræ, & circumierunt castra sanctorũ & ciuitatem dilectam. Et descẽdit ignis à deo de cœlo, & deuorauit eos: & diabolus q seducebat eos, missus est in stagnũ ignis & sulphuris, ubi & bestia & pseudoprophetæ cruciabunt die ac nocte in secula seculorum. Et uidi thronũ magnũ candidum & sedentẽ super eũ, à cuius conspectu fugit terra & cœlum, & locus non est inuentus eis. Et uidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu dei, & libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est uitæ, & iudicati sunt mortui ex his q̃ scripta erant in libris secundũ opera ipsorũ, & dedit mare mortuos, qui in eo erãt, & mors & infernus dederũt eos, q in ipsis erãt mortuos, & iudicatũ est de singulis secundũ opera ipsorum. Et infernus & mors coniecti sunt in stagnũ ignis. Hæc est mors secunda. Et qui non inuẽtus est in libro uitæ scriptus, coniectus est in stagnum ignis.

Et uidi cœlum nouũ, & terram nouã. Primũ enim cœlum, & prima terra abijt, & mare iam non est. Et ego Iohannes uidi sanctam ciuitatem Hierusalem nouã descendẽtem de cœlo, à deo paratã, sicut sponsam XXI

Digitized by Google

νύμφιω κεκοσμημένω τῷ ἀνδρὶ αὐτ. καὶ ἤκουσα φωνῆς μεγάλης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λεγούσης. ἰδοὺ ἡ σκηνὴ τοῦ θεοῦ μετὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ σκηνώσει μετ' αὐτῶν, καὶ αὐτοὶ λαοὶ αὐτοῦ ἔσονται, καὶ αὐτὸς ὁ θεὸς ἔσται μετ' αὐτῶν θεὸς αὐτῶν. καὶ ἐξαλείψει ὁ θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. καὶ ὁ θάνατος οὐκ ἔσται, οὔτε πένθος, οὔτε κραυγή, οὔτε πόνος οὐκ ἔσται ἔτι, ὅτι τὰ πρῶτα ἀπῆλθον. καὶ εἶπεν ὁ καθήμενος ἐπὶ τῷ θρόνῳ. ἰδοὺ καινὰ πάντα ποιῶ. καὶ λέγει μοι. γράψον, ὅτι οὗτοι οἱ λόγοι ἀληθινοὶ καὶ πιστοί εἰσι. καὶ εἶπέ μοι. γέγονε, ἐγώ εἰμι τὸ Α. καὶ τὸ Ω. ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος. ἐγὼ τῷ διψῶντι δώσω ἐκ τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος τῆς ζωῆς δωρεάν. ὁ νικῶν κληρονομήσει πάντα, καὶ ἔσομαι αὐτῷ θεὸς, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι υἱός. Δειλοῖς δὲ, καὶ ἀπίστοις καὶ ἐβδελυγμένοις καὶ φονεῦσι, καὶ πόρνοις, καὶ φαρμακεῦσι καὶ εἰδωλολάτραις, καὶ πᾶσι τοῖς ψεύδεσι τὸ μέρος αὐτῶν ἐν τῇ λίμνῃ τῇ καιομένῃ πυρὶ καὶ θείῳ, ὅ ἐστι θάνατος δεύτερος. καὶ ἦλθε πρός με εἷς τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων τῶν ἐχόντων τὰς ἑπτὰ φιάλας τὰς γεμούσας τῶν ἑπτὰ πληγῶν τῶν ἐσχάτων. καὶ ἐλάλησε μετ' ἐμοῦ, λέγων. δεῦρο δείξω σοι τὴν νύμφην τὴν γυναῖκα τοῦ ἀρνίου. καὶ ἀπήνεγκέ με ἐν πνεύματι ἐπ' ὄρος μέγα καὶ ὑψηλόν, καὶ ἔδειξέ μοι τὴν πόλιν τὴν μεγάλην, τὴν ἁγίαν Ἰερουσαλὴμ καταβαίνουσαν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ θεοῦ, ἔχουσαν τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ. καὶ ὁ φωστὴρ αὐτῆς ὅμοιος λίθῳ τιμιωτάτῳ ἰάσπιδι κρυσταλλίζοντι, ἔχουσά τε τεῖχος μέγα καὶ ὑψηλόν, ἔχουσα πυλῶνας δώδεκα, καὶ ἐπὶ τοῖς πυλεῶσιν ἀγγέλους δώδεκα, καὶ ὀνόματα ἐπιγεγραμμένα, ἅ ἐστι τῶν δώδεκα φυλῶν τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. Ἀπὸ ἀνατολῆς πυλῶνες τρεῖς, ἀπὸ βορρᾶ πυλῶνες τρεῖς, ἀπὸ μεσημβρίας πυλῶνες τρεῖς, ἀπὸ δυσμῶν πυλῶνες τρεῖς, καὶ τεῖχος τῆς πόλεως ἔχον θεμελίους δώδεκα, καὶ ἐν αὐτοῖς ὀνόματα τῶν δώδεκα ἀποστόλων τοῦ ἀρνίου.

καὶ ὁ λα

sponsam ornatam uiro suo. Et audiui uocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ipsi populi eius erunt, & ipse deus cum eis erit eorū deus. Et absterſurus est deus omnem lachrymā ab oculis eorum. Et mors ultra non erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit ultra, quia prima abierūt. Et dixit, qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi: Scribe, quia hæc uerba fidelia sunt & uera. Et dixit mihi: Factum est. Ego sum alpha & ω, initium & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ uiuæ gratis. Qui uicerit, possidebit omnia, & ero illi deus, & ipse erit mihi filius. Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & scortatoribus, & ueneficis, & idololatris, & omnibus mēdacibus pars illorū erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda. Et uenit ad me unus de septem angelis habētibus septem phialas plenas septē plagis nouissimis, & locutus est mecū, dicens: Veni & ostendam tibi sponsam uxorem agni. Et sustulit me spiritu in montem magnū & altum, & ostendit mihi ciuitatē magnā, sanctam Hierusalem descendentē de cœlo à deo, habentem claritatem dei. Et lumen eius simile lapidi preciosissimo tanquam lapidi iaspidi crystallizanti. Et habebat murum magnū & altum, habentem portas duodecim, & in portis angelos duodecim, & nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israël. Ab oriente portæ tres, ab aquilone portæ tres, ab austro portæ tres, ab occasu portæ tres, & murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim apostolorum agni.

& 4 Et qui lo

καὶ ὁ λαλῶν μετ' ἐμοῦ εἶχε κάλαμον χρυσοῦν ἵνα μετρήσῃ τὴν πόλιν, καὶ τοὺς πυλῶνας αὐτῆς, καὶ τὸ τεῖχος αὐτῆς. καὶ ἡ πόλις τετράγωνος κεῖται, καὶ τὸ μῆκος αὐτῆς ὅσον καὶ τὸ πλάτος, καὶ ἐμέτρησε τὴν πόλιν ἐπὶ τῷ καλάμῳ ἐπὶ σταδίων δώδεκα χιλιάδων, τὸ μῆκος, καὶ τὸ πλάτος, καὶ τὸ ὕψος αὐτῆς ἴσα ἐστίν. καὶ ἐμέτρησε τὸ τεῖχος αὐτῆς ἑκατὸν τεσσαράκοντα τεσσάρων πηχῶν, μέτρον ἀνθρώπου ὅ ἐστιν ἀγγέλου. καὶ ἦν ἡ ἐνδόμησις τοῦ τείχους αὐτῆς ἴασπις, καὶ ἡ πόλις χρυσίον καθαρὸν ὁμοία ὑάλῳ καθαρῷ. καὶ οἱ θεμέλιοι τοῦ τείχους τῆς πόλεως παντὶ λίθῳ τιμίῳ κεκοσμημένοι. ὁ θεμέλιος ὁ πρῶτος ἴασπις, ὁ δεύτερος σάπφειρος, ὁ τρίτος καλκηδών, ὁ τέταρτος σμάραγδος, ὁ πέμπτος σαρδόνυξ, ὁ ἕκτος σάρδιον, ὁ ἕβδομος χρυσόλιθος, ὁ ὄγδοος βήρυλλος, ὁ ἔνατος τοπάζιον, ὁ δέκατος χρυσόπρασος, ὁ ἑνδέκατος ὑάκινθος, ὁ δωδέκατος ἀμέθυστος. καὶ οἱ δώδεκα πυλῶνες, δώδεκα μαργαρῖται, ἀνὰ εἷς ἕκαστος τῶν πυλώνων ἦν ἐξ ἑνὸς μαργαρίτου, καὶ ἡ πλατεῖα τῆς πόλεως χρυσίον καθαρόν, ὡς ὕαλος διαφανής. καὶ ναὸν οὐκ εἶδον ἐν αὐτῇ. ὁ γὰρ κύριος ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ ναὸς αὐτῆς ἐστιν, καὶ τὸ ἀρνίον. καὶ ἡ πόλις οὐ χρείαν ἔχει τοῦ ἡλίου, οὐδὲ τῆς σελήνης ἵνα φαίνωσιν αὐτῇ. ἡ γὰρ δόξα τοῦ θεοῦ ἐφώτισεν αὐτήν. καὶ ὁ λύχνος αὐτῆς ἐστὶν τὸ ἀρνίον. καὶ τὰ ἔθνη τῶν σωζομένων ἐν τῷ φωτὶ αὐτῆς περιπατήσουσι. καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς φέρουσι τὴν δόξαν αὐτῶν εἰς αὐτήν, καὶ πυλῶνες αὐτῆς οὐ μὴ κλεισθῶσιν ἡμέρας. νὺξ γὰρ οὐκ ἔσται ἐκεῖ. καὶ οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτὴν πᾶν κοινὸν καὶ ποιοῦν βδέλυγμα καὶ ψεῦδος, εἰ μὴ οἱ γεγραμμένοι ἐν τῷ βιβλίῳ τῆς ζωῆς τοῦ ἀρνίου.

καὶ ἔδειξέ μοι ποταμὸν ὕδατος ζωῆς λαμπρὸν ὡς κρύσταλλον, ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ θρόνου τοῦ θεοῦ, καὶ τοῦ ἀρνίου. ἐν μέσῳ τῆς πλατείας αὐτῆς, καὶ τοῦ ποταμοῦ ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν ξύλον

Et qui loquebatur mecum, habebat mẽsuram arundineam auream, ut metiretur ciuitatem & portas eius, & murum eius. Et ciuitas in quadro posita est, & longitudo eius tanta est, quãta & latitudo, & mẽsus est ciuitatẽ de arundine aurea p stadia duodecim milia, & longitudo & altitudo & latitudo eius æqualia sunt. Et mensus est murum eius centum quadraginta quatuor cubitorum, mensura hominis quæ est angeli. Et erat structura muri eius ex iaspide. Ipsa uero ciuitas aurum mundum, simili uitro mundo, & fundamẽta muri ciuitatis omni lapide precioso ornata. Fundamentũ primum, iaspis: secundum, sapphirus: tertiũ, calcedonius: quartum, smaragdus: quintum, sardonyx: sextũ, sardius: septimum, chrysolitus: octauum, berillus: nonum, topazius: decimũ, chrysoprasus: undecimum, hyacinthus: duodecimum, amethystus. Et duodecim portæ duodecim margaritæ sunt, p singulas, & singulæ portæ singulis margaritis, & platea ciuitatis aurum mundũ, tanquam uitrum perlucidum. Et templũ nõ uidi in ea. Dominus enim deus omnipotens templum illius est & agnus. Et ciuitas non eget sole neq; luna, ut luceant in ea. Nam claritas dei illuminauit eam, & lucerna eius est agnus. Et ambulabũt gẽtes, quæ seruatæ fuerũt in lumine eius, & reges terræ afferent gloriam suam in illã. & portæ eius non claudentur per diem. Nox enim non erit illic. Non intrabit in eam aliquid quod inquinat, aut abominationem facit, & mendaciũ, nisi qui scripti sunt in libro uitæ agni. Et ostendit mihi purum fluuium, aquæ uiuæ, splendidum tanquam crystallum, procedentem de sede dei & agni. In medio plateæ eius, & ex utraque parte fluminis lignum XXII

Digitized by Google

λον ζωῆς, ποιοῦν καρποὺς δώδεκα, κατὰ μῆνα
ἕνα ἕκαστον ἀποδιδόντα καρπὸν αὐτοῦ. καὶ
τὰ φύλλα τοῦ ξύλου εἰς θεραπείαν τῶν ἐθνῶν.
καὶ πᾶν κατανάθεμα οὐκ ἔσται ἔτι. καὶ ὁ θρό
νος τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ ἀρνίου ἐν αὐτῇ ἔσται. οἱ δοῦ
λοι αὐτοῦ λατρεύσουσιν αὐτῷ, καὶ ὄψονται τὸ
πρόσωπον αὐτοῦ. καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ τῶν
μετώπων αὐτῶν. καὶ νὺξ οὐκ ἔσται ἐκεῖ, καὶ
χρείαν οὐκ ἔχουσιν λύχνου, καὶ φωτὸς ἡλίου,
ὅτι κύριος ὁ θεὸς φωτίζει αὐτούς, καὶ βασι
λεύσουσιν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. καὶ εἶ
πέ μοι, οὗτοι οἱ λόγοι πιστοὶ καὶ ἀληθινοί. καὶ
κύριος ὁ θεὸς τῶν ἁγίων προφητῶν ἀπέστει
λε τὸν ἄγγελον αὐτοῦ δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ
ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει. ἰδοὺ ἔρχομαι ταχύ.
μακάριος ὁ τηρῶν τοὺς λόγους τῆς προφητείας
τοῦ βιβλίου τούτου. καὶ ἐγὼ ἰωάννης ὁ βλέπων
ταῦτα, καὶ ἀκούων. καὶ ὅτε ἤκουσα καὶ ἔβλε
ψα, ἔπεσα προσκυνῆσαι ἔμπροσθεν τῶν πο
δῶν τοῦ ἀγγέλου τοῦ δεικνύοντός μοι ταῦτα.
καὶ λέγει μοι· ὅρα μή. σύνδουλός σου γάρ εἰ
μι καὶ τῶν ἀδελφῶν σου προφητῶν, καὶ τῶν
τηρούντων τοὺς λόγους τοῦ βιβλίου τούτου. τῷ θεῷ
προσκύνησον. καὶ λέγει μοι. μὴ σφραγίσῃς
τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τού
του. ὅτι ὁ καιρὸς ἐγγύς ἐστιν. ὁ ἀδικῶν ἀδι
κησάτω ἔτι. καὶ ὁ ῥυπῶν, ῥυπωσάτω ἔτι. καὶ
ὁ δίκαιος δικαιωθήτω ἔτι, καὶ ὁ ἅγιος ἁγι
ασθήτω ἔτι. καὶ ἰδοὺ ἔρχομαι ταχύ, καὶ ὁ μι
σθός μου μετ' ἐμοῦ, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ ὡς τὸ ἔρ
γον αὐτοῦ ἐστιν. ἐγώ εἰμι τὸ. α. καὶ τὸ. ω. ἀρχὴ,
καὶ τέλος, ὁ πρῶτος, καὶ ἔσχατος. μακάριοι οἱ πλύ
νοντες τὰς στολὰς αὐτῶν, ἵνα ἔσται ἡ ἐξουσία
αὐτῶν ἐπὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς. καὶ τοῖς πυλεῶσιν εἰ
σέλθωσιν εἰς τὴν πόλιν. ἔξω οἱ κύνες καὶ οἱ
φαρμακοί, καὶ πόρνοι, καὶ οἱ φονεῖς. καὶ οἱ εἰδωλο
λάτραι, καὶ πᾶς ὁ φιλῶν, καὶ ποιῶν ψεῦδος. ἐγὼ
Ἰησοῦς ἔπεμψα τὸν ἄγγελόν μου μαρτυρῆσαι ὑ
μῖν ταῦτα ταῖς ἐκκλησίαις. ἐγώ εἰμι ῥίζα,
καὶ τὸ γένος τοῦ δαβίδ. ὁ ἀστὴρ λαμπρὸς καὶ ὀρθρι
νός. καὶ τὸ πνεῦμα καὶ ἡ νύμφη λέγουσιν, ἐλθέ. καὶ ὁ
ἀκούων

gnum uitæ afferens fructus duodecim, per menſes ſingulos reddens fructum ſuum, & folia ligni ad ſanitatem gentiū. Et omne maledictum nō erit amplius, ſed ſedes dei & agni in illa erūt, & ſerui eius ſeruient illi. Et uidebunt faciē eius, & nomen eius in frontibus ſuis. Et nox ultra non erit, & nō egēt lumine lucernæ, neq; lumine ſolis, quoniā dominus deus illuminat illos, & regnabunt in ſecula ſeculorū. Et dixit mihi: Hæc uerba fidelia ſunt, & uera. Et dominus deus ſanctorum ꝓphetarum miſit angelum ſuum oſtendere ſeruis ſuis, quæ oportet fieri cito. Et ecce uenio uelociter. Beatꝰ qui cuſtodit uerba prophetiæ libri huius. Et ego Iohannes qui audiui & uidi hæc. Et poſtquam audiſſem & uidiſſem, cecidi ut adorarem ante pedes angeli, qui mihi hæc oſtēdebat. Et dicit mihi: Vide ne feceris. Conſeruus enim tuus ſum, & fratrum tuorū prophetarum, & eorum qui ſeruant uerba prophetiæ libri huius. Deum adora. Et dicit mihi: Ne obſignaueris uerba ꝓphetiæ libri huius. Tempus enim propè eſt. Qui nocet, noceat adhuc: & qui ſordidꝰ eſt, ſordeſcat adhuc: & qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc: & ſanctus ſanctificetur adhuc, & ecce uenio cito, & merces mea mecum eſt, ut reddam unicuique ut opus illius erit. Ego ſum alpha & ω, primus & nouiſſimus, principium & finis. Beati q ſeruant mandata illius, ut ſit poteſtas eorum in ligno uitæ, & per portas intrent in ciuitatem. Foris autem canes & uenefici, & impudici, & homicidæ, & idolis ſeruientes, & omnis qui amat & facit mēdaciū. Ego Ieſus miſi angelū meū ut teſtificaret uobis hæc in eccleſijs. Ego ſū radix & genus Dauid, ſtella ſplendida & matutina. Et ſpiritus & ſpōſa dicūt, ueni. Et q

audit

Digitized by Google

ἀκούων εἰπάτω, ἐλθέ. καὶ ὁ διψῶν ἐλθέτω. καὶ ὁ θέλων, λαμβανέτω ὕδωρ ζωῆς δωρεάν. συμμαρτυρῶ γὰρ παντὶ ἀκούοντι τοὺς λόγους προφητείας βιβλίου τούτου. ἐάν τις ἐπιθῇ πρὸς ταῦτα, ἐπιθήσει ὁ θεὸς ἐπ' αὐτὸν τὰς πληγὰς τὰς γεγραμμένας ἐν βιβλίῳ τούτῳ. καὶ ἐάν τις ἀφαιρέσῃ ἀπὸ τῶν λόγων βίβλου τῆς προφητείας ταύτης, ἀφαιρήσει ὁ θεὸς τὸ μέρος αὐτοῦ ἀπὸ βίβλου ζωῆς, καὶ πόλεως ἁγίας, τῶν γεγραμμένων ἐν βιβλίῳ τούτῳ. λέγει ὁ μαρτυρῶν ταῦτα. ναί ἔρχομαι ταχύ, ἀμήν. ναί, ἔρχου κύριε Ἰησοῦ. ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν.

audit dicat, ueni. Et qui sitit, ueniat: & q uult, accipiat aquam uitæ gratis. Contestor enim omni audienti uerba prophetiæ libri huiꝰ. Si quis apposuerit ad hæc, apponet deus super illam plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de uerbis libri prophetiæ huiꝰ, auferet deꝰ partem eius è libro uitæ & à ciuitate sancta, & ex his quæ scripta sũt in libro isto. Dicit qui testimonium perhibet istorum. Etiam uenio cito. Amen, etiam: ueni domine Iesu. Gratia dñi nostri Iesu Christi cum omnibus uobis, Amen.

FINIS NOVI TESTAMENTI TOTIVS, AD GRAECAM VERITATEM, VETVSTISSIMORVMQVE CODICVM LATINORVM FIDEM, ET AD PROBATISSIMORVM AVTORVM CITATIONEM ET INTERPRETATIONEM IAM TERTIO ACCVRATE RECOGNITI, OPERA STVDIOQVE DES. ERASMI ROTERODAMI THEOLOGIAE PROFESSORIS. ANNO M. D. XXII.

τῷ θεῷ δόξα.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

A
2
0

Digitized by Google

Digitized by Google